

COLAI
OPERA.
V.


Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani.

Liber

Novo Tacin

937/V

Henrici Nicolai

1. Theologiæ Epitome.
2. Exercitatio de Methodo Trinitatis.
2. b. Rotgeri zum Bergen Epistolium ad Henricum Nicolai.
3. Exerc. de Medio Religioso et Theologico.
4. Ex. de Conciliatione Enuntiatorum.
5. Miscella Theologica.
6. Ex. de non liquendo.
7. Irenicum defensum et explicatum.
8. Irenicum defensum et explicatum continuatum.
9. Exercitatio de Ahasvero Esthero.
10. Exerc. de Symbolo Athanasii.
11. Erklärung der Schrift im Prediger Salomo IV. 4.
12. Tractatus de Pane, Editio secunda.
13. Protestatio super nova Editione Tractatus de Pane.
14. Georgii Rheti Viduæ Reprotestatio antecedenti Protestationi opposita
15. Protestatio defensa.
16. Oratio de Philosophico Studio cum Theologia conjungendo, præmisso Programmate.
17. Cursus Philosophicus.
18. Exercitatio de Subjecto et Adjuncto.
19. Exerc. de quotidiana Telluris revolutione.
20. Ex. de Astrologiæ Veritate, licitaque apud Christianos ratione.
21. Tr. de Modis prædicandi.
22. Tr. de Comparativarum Enunciationum expositione.
23. Rotgeri zum Bergen Res Sacra Amicus sive Epistolium ad Henricum Nicolai.
24. Godofr. Lameli Hymenæi Tumulus.

D. O. M. A.

IRENICUM
defensum & explicatum, Continuatum.

Ulteriora dubia, Objectiones, calumnias, effugia, adversùs illud occurentia aut mota, & Censuram parùm solidè censentem, resolvens, quæ momentum habere videntur, refellens, Ut Irenici hypotheses solidè constitutas esse intelligatur.

Quæ Apologiæ continuatæ vicem præstare queant.

AUTHORE
HENRICO NICOLAI,
Th. & Ph. apud Elbingenses
Prof. honorario.

ELBINGÆ.
Typis ACHATII CORELLII,
Anno à partu Virginis Matris,
M. DC. LI.

CHRISTIANO ac THEOLOGO
LECTORI S. & Pacem Christi.

Quæ ultrà adversus Irenicum *mota sunt, Lector Christane, aut*
dubia illabi visa, ad ultimum etiam discussa ac soluta accipe. F-
nis *cum his defendendi erit, Nisi nova barbaries novam armaturam e-*
plicare commoverit. Sine fine tricari, infinitæ curiositati, pravitat,
calumniæ, perpetuò obviare velle, sine usu est, eoq́ sistere tandem u-
lius erit. Nec cymbæ cum furioso in immensum pelagus te committas, e
provocante aut urgente. Meta *rerum & scriptorum figenda est.* C-
pam contentio trahit, quæ sine fine extenditur. Quæ Irenico *posita, m-*
ximâ parte monita, consilia, media, & remedia Controversiis *esse debe,*
non prætoris edicta, aut fidei fundamenta. Quæ rejici visa, modos e-
plicandi, processus, hypotheses, exempla sectarum attinent, quæ non si-
tim fides, aut de eâ. Aliis ante me id licitum, mihi nemo negare debt.
Cui scopo qui non pleraq́; adaptat, à primâ januâ negotii abe-
rat. *Satis autem, indicia posuisse, media & remedia quædam delinea.*
Ultrà si plura, meliora, utiliora, aliis provisa, in commune conferi
æqvum erit. Diversi diversa vident: Omnes aliquid. *Non inutis*
in partibus labor est, ubi ad unum scopum dirigitur. Quod ad calcem I-
nici & p. 1. defens. t. 4. 5. *jam monitum. Piè eruditos de publico à M-*
gnatibus solicitari optem, ut ad tàm salubre opus Controversiis mod
aut metam ponendi, meditata componant. Sed mundi, furiarum, ac Sat-
næ odia in hæc video. Per flabra sua Orbem flammis immissum cupia,
quàm paci usum quæri, aut de mediis curari. Deum tamen pacis in sacris -
go: Dissidiorum non lego. Veritatem & pacem simul *diligendam -*
culcari video. Neutrius in Christianâ Ecclesiâ dispendium fieri, aut -
cere decet. Aliquid conatibus à Deo successus sperare fas erit, etsi ing s
Orbis pars in obstacula ac acerba declinet. Author *Calvinismi irrec-*
ciliabilis, etsi non pacis fautor; Conatus tamen Pacificantium *qu-*
dianâ apud Deum intercessione seriò sanctéq́; se commendare fatetur, p.
169. *Moderatione ac candore maximè in* Theologo *probando. Plura a bi*
ad rem habet, ac Germanos, Svecos, Danos, *in eo laborare ait, de o*
Tract. de Concil. Enunciat. t. 22. *tradendi occasio erit. Multa hi d*
lucem variis componendis erunt, Lector Christiane, *quæ legisse, pe-*
re, judicare, ex æquo te velim. Neq́; te defugio. Ut possis, Deus lu,
via, & vita tibi sit, quo duce securus tenebrarum ages. Sycophantas, -
ros, curiosulos, valdè experta mihi Syphara, morari non operis app et
pretium. B. V. Lector benevole, in calumnioso seculo, expers calum æ,
consors veritatis, quam Iehova indulgeat. Elbingæ, ubi sentire, quæ fas,
& promere licet, quod alibi non licuit. Pro festo Iacobi Apost. Anno 1 51.

IRENICVM DEFENSVM continuatum. Quod velut Pars III. esse potest.

CUm ea, LECTOR BENEVOLE, Quæ parte I. & 2. *Irenici defensi* deducta, publicè, quanquam me eo tempore, quo prodierunt, non volente, sed prohibente, ante sesqvian-num autem ab eo tempore cupiente, edita fuerunt: *Alia insuper dubia* è lectione Irenici obfusa ad me delata fuerunt, quæ quia in istis *p.* 1. *&* 2. propositis, solutionem nondùm habuerunt, *Vt peculiari tractatiunculâ* eam sortirentur, quibusdam petitum, & æqvum esse judicatum fuit, ne qua incertitudo animum lecturi distringeret. Qvare *pro parte hac velut tertiâ* strictìm ea BONO cum DEO percurrisse visum est.

1. *Sunt quos offendit*, quòd nomine *sectæ* indifferenter *&* *Lutherismum* comprehendam, *t.* 8. *delin. Ir.* In quo tamen veritatem esse largiar, eiq; adidctus esse velim, & hactenùs defenderim. Hic sciendum, *sectæ nomen partìm* in ipsis Sacris generaliùs pro quavis speciali professione dogmatis sumi, sivê verum illud, sivè falsum, *Actor*. 24. *v*. 5. 14. *Partìm* ab aliis Scriptoribus ipsam Christianam fidem generaliter sectam vocari. *Tertullian. Apol.* C. 21. Antiquissimis Judæorum instrumentis sectam istám, (fidem Christian.) esse suffultam edidimus. C. 22. Hunc edidimus & sectæ & nominis censum. C. 39. Nondum illic Christianæ sectæ origo consederat. C. 46. Exquisitior crudelitas vestra illecebra est magis sectæ. Similia *c.* 1. 2. 5. 43. Et passim habet. *Basilius ep.* 33. Ego nondum fratrib. experimentum meæ de DEO sectæ ac sententiæ dedi. *Augustinus l.* 3. *Confess.* C. 4. Non illam aut illam sectam, sed ipsam, quæcunq; esset, sapientiam ut diligerem & quærerem, excitabar sermone illo Ciceronis, Similia *ap. Symma-*

chum L. 10. Ep. 54. *Hulseman. d. 2. d. Convers, c. 1 t. 19. n. 19.* Et *q.* 1. 2. 3. 4. *Calu. irreconc. Polyd. Virgilium l. 8. C. 4. Lasitium l. 8. Hist. fratr. Bohem. c. 1. Alstedium, Puteanum, Cothmannum, Lansium, Voetium, Valerianum M. Taubmannum in otio semest. p. 49. 98. Victorem d. 3. Top. t. 182. D. 14. t. 69. 91. aliosq;* Neotericos passim prostant, Vt *alibi* deducetur. *Apuleius L. d. deo Socr.* Nec quoquam à suâ perpetuâ sectâ ad quempiam subitum habitum dimovetur, nec alterius vi, de diis loquens. *Damascius d. histor. Phil. ap. Galenum T. ult. c. 6.* Secta 3. modis dicitur, communiter, propriè, & propriissimè. *V. Elmenhorst. indic. Apul. Voce secta. Conf. p. 4. t. 19.* Meraq; inscitia & ruditas est, super voce ita adhibitâ rixari. Nemo classicum vocis apud Authores usum adhiberi miretur. Sine hæresi etiam secta esse potest, ut sectæ Corinthi, ubi unus Cephæ, alter Pauli, Apollo, Christi se esse dicebat, & nullus eorum hæreticus. Et ipsum *hæresis* vocabulum apud *Græcos* generale est, quamcunq; professionem notans, sive verum trahat, sivè ab eo abeat, ut sectæ apud Latinos. *Sic hæreses Medicorum, Philosophorum, ICtorum, Mahometismi, Græcus* dicit, quas *Latinus* sectas dicit. Hoc sensu Lutherismus secta dictus, quod veritati ejus nil præjudicat. Et quicquid veritatis ille habet, ex *Veteri Christianismo* habet, quem reduxit, ac cum eo veterem fidei veritatem è situ ac tenebris eruit & restituit, atq; hactenùs defensus est, & defendi meretur. Si inde abscedat, ne textivilitio dignus est. Omnia, quæ his seculis adjecit ac disceptavit, vera esse, nec ego credam, nec ipse solidè ostendet. De quo alibi monebo. *Lutheranus* esse possum; *Mancipium Lutheristicum* esse nolo, nec omnia, quæ Scriptores designant, probare teneor. *Nec quia Lutherana Ecclesia est*, ideò vera, nec contrà, quia non Lutherana, falsa est, ait *Hunnius d. 1. d. sign. Eccles. t. 6.*

2. Nec ex eo, quòd erroneis sectis conjungitur, parem ejus cum cœteris rationem esse statim consequitur. Cum multa conjungi sciamus, quorum diversissimam esse rationem apertum est. Vt, credidit populus DEO & Mosi, *Exod.* 14. *v.* 31. Peccavi in Deum vestrum & in vos, *Exod* 10. *v.* 16. Peccavi in cœlum & in te, *Luc.* 15. *v.* 18. 21. Locutus populus contra Deum & Mosen

Mosen, *Num*, 21, v. 5. 7. Adorârunt DEum & Regem, 1. *Chron*: 30, v, 20. 2. *Chron*: 31, v. 8. Timuerunt Dominum & Samuelem, 1. *Sam*: 12, v, 18. Locuti sunt contra Deum & servum ejus Hiskiam, 2. *Chron*: 32, v. 16. Servite Deo & populo ejus Israel, C. 35, v. 3. Desciscere à Domino & nobis nolite, *Josua* 22, v. 19. Non DEUM cum hominibus ejusdem rationis censebimus, quòd passim illis jungi videamus. Sic *in profanis* similia videas, *Tacit*. 1. *hist*. c. 6. Ubiq; hasta, & sector, & inquieta vrbs auctionibus. *Post*: Tanquam per artem & formidinem singuli pellerentur. C. 7. Mathematici genus hominum potentibus infidum, quod in civitate nostrâ & vetabitur semper, & retinebitur. *Curtius l*. 9. c. 2. Hostem beluasq; spernebat, situm locorum & vim fluminum extimescebat. Sic *malè compositum par* dicimus, quale Mezentii, qui *mortua quin etiam jungebat corpora vivis*. Quæ diversissimæ tamen rationis. *Infinita* alia passim occurrant.

3. *Alii* offensi, quod *t*. 13. *Irenic*. dictum, Verba hominum ut tricosa, noxia, & à salutari verborum formâ abducentia rejici debere, statimq; pro exemplo subjunctum, sic justitiam Christi nobis imputari, & sic imputativè nos coram DEO justificari, phrasis Scripturæ non est, quasi & ea phrasis tricosa, noxia, à salutari verborum formâ abducens sit, cum res in Scripturâ fundatissima sit. *Verùm* ibi in consilio isto *conjunctim* aliqua unoq; complexu proponuntur, sed quæ ad particularia descendendo, non universim in unam phrasin, *sed singula & diversa disjunctim* in diversissimas phrases spargi & applicari debeant, quarum *quædam* Scripturæ non sint, *alia* tricosæ, *alia* noxiæ, *alia* à salutari formâ abducentes sint, Prout in talibus consiliis ad varia subjecta respicere, eaq; comprehendere solemus, Ut in applicatione tamen hoc membrum uni, alterum alteri, tertium tertię phrasi aut parti accommodare necessum sit. Sic etiam phrasin, Justitiam Christi nobis imputari, *non Scriptura esse dixi*, quę aliter loquatur. Nempè Christum nobis factum justitiam, 1. *Cor*. 1, Is per fidem noster est, *Ephes*. 3. v. 17. Et in fide filii DEI vivimus, *Gal*. 2. v. 20. Isti fidei justitia à DEO imputatur, *Rom*. 4. v. 5. 24. *Phil*. 3. v. 9. Vel illam fidem DEUS pro justitiâ imputare vult, *Rom*. 3. v. 4. Et sic nos coram DEO justi reputamus

mur. Atq; ita *Aug. Confesſio & Apolog. a.* 4. expreſsè loquitur. In eo ſtiti.

4. *Tricoſam vel noxiam eſſe* non addidi. Itaq; quod de phraſ non dictum, excuſari non opus habet, ſed in dictis ſiſtendum Scripturę non eſſe. Sed occaſione Adverſariornm tricas ind nectentium tricoſa apellari poſſit. *V. Bellarminum l. 2. d. juſtij c. 7. Becanum p. 2. Th. Schol. tr. 4. c. 2. q. 2. Et in Manuali, Coſte rum c. 6. Enchir. Clingium l. 2. L. C. c. 25. 26. Sanderum d. juſtij aliosq;.* Reliqua membra in alias phraſes determinanda, no hanc pręcisè. Ita noxię & à ſalutari formâ abducentes phra ſes ſint, Ut, filium DEI inſtrumentum creationis eſſe, Chri ſtum ſecundùm Deitatem paſſum, mortuum, exaltatum eſſe, ipſan Deitatem paſſam aut exaltatam eſſe, bona opera noxia ad ſalu tem, meritoria de congruo aut condigno ſalutis eſſe, hominen ex juſtitiâ gratiam apud DEUM mereri poſſe, fide & operibu ſimùl hominem coram DEO juſtificari, Carnem Chriſti infini tam & æternam eſſe, Chriſti unionem nobiſcum eſſentialem es ſe, filium DEI DEUM ex gratiâ, non naturâ, eſſe, DEUM in æternâ generatione filii quodammodò hermaphroditum fuis ſe, Ut *Maldonatus in Pſal.* 110. *v.* 4. loquitur, Tres cauſas ſocia Creationis & juſtificationis eſſe, & quę ſimiles, quarum mar in *Theologiâ Polemicâ*, Ut alibi traditur. Catalogum talium formularum in ipſis Lutheranis agnoſcit & texit *Rungius ref. Ca tech. Ubiquet.* paſſim. *Hesbuſius* Lutherum ſępè duras & pericu loſas phraſes uſurpare docet *in Colloq. Quedlinburg.* Ac *VVit tembergici con. Piſtorium p.* 72. 78. *ſeq.* idem faciunt.

5. *Alii* improbant, quod *t.* 6. *delin.* dictum, quod ſolid 300. annorum poſt Chriſtum conſenſu Patrum nititur, verum ſit, quod ſecus, inter dubia vel diſputabilia rejiciendum, Cum conſenſus cum Scripturâ verum in Theol. faciat, Nec ſi Patrum conſenſus non ſit, ſtatim dubium aut diſputabile eſſe cogatu. *Hæc* 1. Ob compendifaciendas lites ſunt poſita, Ut contrahan tur Controverſię, & fides ad prima ſua tempora revocetu. Quod plerią; *Theologi* æqvum eſſe conſentiunt, Ut *Vincent. L rinenſis, Gerhardus, Brochmandus, Keckerman. Scultetus, Cali ſtus, Berkelmannus, aliiq;. V. t.* 36. Et Scriptura ipſa ad antiqu vi

vias nos revocat *Jerem. 6. v. 16.* Ac in omni mutatione facere solemus, ut ad prima ac purissima tempora recurramus. 2. *Secundùm* subjectam materiam intelligenda, non simpliciter. De fide & fidei rebus agitur, *t. 3. 4. 5.* Quę semper una eademq́, & primis etiam seculis certa fixaq́ fuit. Unde si aliquid Patribus primis ignoratum, fundamentalis articulus de necessitate fidei esse nequit. Et sic passim Theologi arguere solent, *Ut Gerhardus L. 2. Conf. Cath p. 2. a. 9. Et de Eccles. t. 166. Hulsemann. d. necess. dogmat. t. 4. 11. Hutterus L. C. p. 525. seq. Hopfnerus s. 3. Sax. Evang.* & alii. Multaq́ *Pontificia* dogmata, ut purgatorium, Universalis Papatus, indulgentię, cœlibatus clericorum, preces pro defunctis, delectus ciborum, inde rejiciuntur, quòd ad fidem non pertineant, quòd primę antiquitati ignota sint, ut *alibi* docetur. Una enim omnium fidelium & temporum fides est, *Ephes. 4. v. 5.*

6. Vndè *negativè* benè infertur: Hoc dogma Veterib. ignotum. E. Suspectum, vel de ipsâ fidei necessitate non est. Sic *Hieronymus ad Oceanum*, Cur post 400. annos docere niteris, quod antea nescivimus? Usq́ in hanc diem sine istâ vestrâ doctrinâ Christianus mundus fuit. Et *Cicero 1. Tuscul.* homines, quò propiùs à primâ origine abfuerunt, eò veriores de DEO rebusq́ divinis sententias habuisse ait. *Ultra fidem* hic non procedendum: Hoc Patrib. ignotum. E. falsum aut dubium. Sic de Americâ, antipodibus, magnete, compasso, Ut *de terr. motu t. 40.* dicam, &c. *Aliud etiam, dubium vel disputabile in fide, aliud erroneum, falsum, aut hæreticum esse. Prius* est, & dubitari potest, an ad fidei necessitatem aliquid pertineat: Non *posterius.* Sic multa tricosa & dubia, ut de traduce animę, unde multi ἐπέχειν arripiunt, de loci naturâ, polygamiâ Veterum, ungvento armario, morborum propinqvis causis, Symptomatibus, prędicationibus mysticis, pugnâ Theologię cum Philosophiâ, Ubi sæpè non liquet, arripitur, non erroneum aut hęreticum proclamatur. Sic quęstionem, an aliquis seipsum baptisare debeat, in medio relinquit *Gerhardus d. bapt. t. 66.* Nulliq́ hęresios dicam se scribere ait, qui de baptismo Johannis non per omnia secum consentiat, *t. 54.* 3. *Sæpè etiam* ab unâ parte le-

gitimè in connectendo proceditur, sed non ut statim ab opposito ejus etiam procedatur. Quod consensu 300. annorum nititur, verum. Sed non contrà, quod eo non nititur, falsum. Et argumentum à contrario sensu materiale tantùm est, non formale, Ut de *Oppos. f. 2. t. 19. seq.* dictum. 4. *Nec* ob consensum aliquid verum esse dixi, sed tantùm, quod consensum illum habet, inter vera recipiendum. Est a. aliud, quod, & quia. Quod movetur, vitam habet. Sed non quia movetur, sed quia animam habet. Quod cantillat, corpus est. Sed non quia cantillat, sed quia materiatum est. *Fundamentum* veri lumen Scripturę & Naturę est. *Consensus* probabilitatem, observationem, ac judicium veri facit, non fundamentum, quod in eo, quòd mensuræ suæ aliquid adæquari deprehenditur.

7. *Alii* carpunt, quòd terminos Scholarum tricosos & noxios dixerim, & Scripturę verba pręferam. Sed hoc alii ante me dixerunt, *Lutherus*, *Philippus*, *Meldenius*, *Meyfartus*, *Menzerus*, *Meisnerus Orat. de vitiosa Th. differ. ratione & p. 2. Ph. sol.* *Patres*, *aliiq.* *Hilarius* negat, alium de DEO, quàm DEI sermonem nobis relictum esse, *7. de Trinit.* Cœtera omnia arcta, conclusa, & impedita esse. *Termini* quidam liberi esse possunt. Sed fide ipsâ posteriores sunt, & fides prior illis fuit. Verùm quia sæpè tricosi, & disputationibus ac rixis campos aperiunt, satius, ad ipsos Israëlis fontes properare, quod eleganter *Mentzerus* C. 1. 2. *Resp. ad def. Joh. Crocii, & d. 1. c. Apolog. Lud. Crocii t. 56. seq:* suadet, & fide ipsâ terminos posteriores dicit, ac ubi Sp. S. sub talibus terminis de mysteriis loquatur, quęrit. Nequiter que facere ait, qui Scholasticis artium vocabulis, quę alius aliter usurpat, Eccles. turbant, C. 1. c. l. Quod ex *Chemnitio d. duab. natur. c. 1.* habet. Simile quid *Major diss. d. Gal. 5. v. 6. p. 40.* habet. *Lutherus L. C. d. scandalo p. 913.* insectatur eos, qui in Theolog. magis terminis Metaphysicis, quàm Scripturę, uti gaudent. *Keslerus praf quadrig. disc. Theol. Phil.* In hoc ego sum sensu, at, si cum Adversario sit congrediendum, non debere quęstionis statum sub terminorum Philosophicor. involucris illis facilè proponi, evitandi vel periculi, vel obstaculi futuri causâ, sed verbis vel

vel Scripturę, vel Ecclesię perspicuis, rem sufficienter explicantibus. *Tarnovius*, Scriptura est dux & lux mentis & sermonis nostri de divinis, 1. *Pet.* 4. *v.* 11. *Rom.* 12. *v.* 6. ait *L. d. Trinit.* C. 5. *p.* 566. Necessitas cum Adversarijs eos quandoq; introduxit, quorsùm adhiberi possunt, ut & ipse adhibeo, & si verba ipsius Sp. S. præfero. *Et terminorum ipsorum magna est differentia*, cum *alij* significationem in divinis retineant, ut Substantia, *alij* mutent, ut fides, filius naturalis, *alij* partìm retineant, partìm mutent, ut gignere, ut diversimodè de illis judicandum sit, quod prolixam deductionem postulat, quæ alibi tradenda. *Quidam* necessarij, *alij* superflui, vel insuper noxij & tricosi esse possunt, ut de terminis *divisìm diversimq;* judicandum sit. Multi terminos Scholasticorum ut noxios insectati sunt, ut *Meisnerus*, *Gerhardus*, *Meyfartus*, *Vaeckius*, & *Reformatorum quidam*, ut *alibi* tradetur. *Mentzerus c. l. t.* 69. bono consilio ista scripsisse ait se ad reprimendam quorundam Metaphysicorum superbiam, extremam Theol. nuditatem accusantium, quòd absq; terminis Metaphysicis salva & incolumis conservari, & ab hostibus defendi non possit. Tricas multos terminos invexisse ipsæ Scholasticorum disputationes abundè docent. Videatur *Tannerus*, *Suaretz*, *Vasquetz*, *alij*, Et pleriq; Lutheranorum fatentur. Ac de terminis id dicitur, ut à *Scholasticis* usurpati sunt, variè & incertò, intricatè, barbarè, impropriè, luxuriosè, licentiosè, unde ingens abusus & noxa promanavit. *Si ad distinguendum Nos ab adversariis* terminos necessarios dicas, meliùs ex totâ & accuratâ Scripturæ collatione distinctio illa adornabitur, quomodo Apostoli suis temporibus Orthodoxiam ab hæresi secreverunt, quàm terminis, in quibus valdè variant Philosophi, & quos ne millesimus assequitur, in quibus difficulter verum formale attenditur, & quibus sæpè magis intricatur veritas, quàm explicatur, & prisca illa fidei simplicitas corrumpitur. Quod totum peculiarem tractationem postulat, quam *alibi* deducam. *Multa* enim de terminis quæri possunt. Ut, *Annon Scripturæ* verbis satis de divinis disserere possimus? *An* omninò hi termini necessarij, & quousq;? *An* de novis potiùs cogitandum, cùm veteres obscuri, tricosi, ac rixosi sint? *An*

 ad

ad distinctè explicandum & confirmandum res divinas satis habiles sint? *An* satis adæquatè per illos nos ab adversarijs distinguamus? *An* potiùs copiam terminorum & quæstionum in sacris fugere conveniat, quàm occupare, jussu Apostoli, 1. *Tim.* 6. *v.* 4. 5. Et quæ similia.

8. *Erunt*, qui id vitio vertent, quòd *t.* 8. delin. dictum, in fructuoso Colloquio sic procedi, ut nulla pars de veritate præsumat, quasi eam jam habeat, sed seriò inquirere primùm velit, ut habeat, & ita se gerat, quasi Controversiarum magnoperè gnara non sit. *At id in causâ fidei securum ac utile est*, ubi hominem sequi, eiq; se plenè addicere, periculosum, & à *Scripturâ*, *Patribus*, ac ipsis gentilibus jam vetitum est. Neminem dicetis Magistrum in terrâ, nam unus Magister vobis Christus est, *Matt.* 23. *v.* 8. 10. ait Christus. Non Paulus aut Cephas pro nobis crucifixus, nec in Pauli nomen baptisati, 1. *Cor.* 1. *v.* 13. Caro empti sumus, ne servi hominum fiamus, 1. *Cor.* 7. *v.* 23. Apud Prophetam eadem causa redditur, cur crassissimus idololatra se non recolligat, quòd non liberet seipsum, non revocet ad animum, non scientia aut prudentia insit, nec dicat, nonnè mendacium in dexterâ meâ? *Esai.* 44. *v.* 19 20. Hoc est, eat, quorsùm itur, non iri debeat. Elihu apud *Jobum* C. 34. *v.* 4. Judicium eligamus, & videamus nobis, quid sit melius, prudenter consulit. *Augustinus* cum teterrimis hæreticis, Manichæis, concertaturus, utrinq; puris animis accedere obsecrat, non tanquam possidentes jam, sed tanquam utrinq; quærentes veritatem, *cont. Epist. Manich. c.* 3. Nemo dicat, ait, se jam invenisse veritatem. Sic eam quæramus, quasi ab utrisq; nesciatur. Ita enim diligenter & concorditer quæri poterit, si nulla temerariâ præsumptione inventa & cognita esse credatur. *Galenus* cœcos & surdos fieri dicit, qui se addicunt Sectæ. *Idem* ab adolescentiâ se assuefecit, præcipitem & temerarium assensum refugere. Eapropter nulli sectæ se addixit, sed rationes omnium audire & cognoscere voluit, nihilq; pro certo habuit, quod non sensu, ratione, aut utroq; impulsus teneret, ut *Zuingerus Vol.* 3 *L.* 2. narrat. *Lactantius L.* 2. *div. Inst. c.* 8. in eâ re, in quâ vitæ ratio versatur, maximè

mè sibi quemq; confidere, suoq; judicio niti ad investigandam ac perpendendam veritatem oportere ait, quàm credentem alienis erroribus decipi, tanquam ipsum rationis expertem. *Augustinus* quàm liberè omnes sectas discusserit, priusquam uni se manciparet, *in libris Confeßionum* eleganter ipse describit. In augmento & incremento omnia humana sunt, quæ in melius ire possunt, Patet omnibus inquirenda veritas, nondum est occupata. Multum ex eâ etiam futuris relictum est, *Quicunq; sedulò scrutatus fuerit, aliquid de eâ inveniet aut decerpet.*

9. *Alij* omnes sectas eodem me ponere ac locare ajunt, pariterq; conjungere, eoq; nulli ex animo adhærere. *Hoc* ex calumniosâ vocis sectæ & conjungendi interpretatione emanat, quod conjungere diversissimorum & oppositorum esse potest, ut æquiparatio inde nulla sequatur, *t.* 1. 2. Lutherismo me addici tot defensiones, labores, molimina, & sudores pro eo in scriptis meis docebunt, ut vel cœco visum concilient. Fidem rei *Miscellanea mea, de Pane, Esse alicubi, Multipræsentiâ, Festalia, De Notitijs Nat: Causâ per accidens, aliiq; Tractatus* conciliabunt. Quæ opera in speciem aut dicis gratiâ occupata esse, Iudæus Apella credat, non ego. Tantum temporis ac laboris prodigere in rem, quam intimè irrideas, hominis non satis comptæ mentis sit, pro quo ego meliores horas & vigilias longè alijs insumpsero. Quòd si eâ à Lutheranis præmia paranda prævisum fuisset, labore supersedisse æquius fuisset. Esto tamen, me simplicem *antiquam fidem Christianam*, ut ab Apostolis prædicata est, præferre, quod *Lutherus, Philippus, Chemnitius, Mentzerus*, fecerunt, aut uspiam à communi hypothesi recedere, certiora ac tutiora quærere & adhibere, defectus notare, &c. quod multi *Conscientiosi Viri in Lutheranis* mecum desiderant, in explicando divertere, quod alijs ante me factum, & post me frturum est, *V. p.* 1. *Iren. def. t.* 7. 10. Nondum eò Lutherismi extorris agam. Quòd si ita intelligant, me hodiernas sectas, tricas, ac disceptationes tanti in multis non æstimare, ut non vivam illam fidem Christo ac Apostolis annuntiatam, majoris æstimem, id sanè fateor, mecumq; præclari Viri, *Lutherus, Phi-*

lippus, *Chemnitius*, *Mentzerus*, *Meyfartus*, *Calixtus*, *Arndtius*, *Meldenius*, *Varenius*, faciunt, nec fecisse pœnitet, nec causam dico. Omnia ad priscam fidem reducenda æstimo. Simile quid in *Augustino in libris Confessionum observo.*

10. *Similis commatis est*, quòd Lutherum *Photino*, *Papæ*, *Calvino*, associem, & sic perindè universos habeam, *p.* 2. *t.* 14. *At* aliud conjungere, aliud æquiparare est. Et *in certo tertio* conjunguntur, quòd omnes nostri sint, h. e. nostro usui commodoq; serviant, ut omnia inquiramus, probemus, excutiamus, non statim recipiamus, pretiosum à vili secernamus, hoc enim Contextus & locus 1. *Cor.* 3. intendunt, quod verissimum, & qui neget, oppositum assumat, & non omnia nostri, h. e. nobis in aliquem usum esse dicat, & Apostolo in faciem contradicat, primaq; principia Theologica convellat. *Photinus*, *Papa*, *Calvinus*, ubi erronei, exercuêre Ecclesiam, ut varia veritas longè diligentiùs inquisita, eruta, firmata, explicata, proposita fuerit, ut omnia probata, bona retenta, & Spiritus, utrum ex DEO, probati fuerint, nosq; spiritualiter cautiores facti simus, aliaq; acta fuerint, quæ si sine Adversarijs fuisset, non acta essent, & unde ingentem in Ecclesiam Christi usum esse nemo prudens negare queat. Nec omnia nostri dicuntur, quasi à nobis, aut probemus, recipiamus, & ratihabeamus ea: *Sed ut scrutemur*, *inquiramus*, *exploremus*, utrùm vera omnia, & recipiamus, an vana, & fugiamus, reprobemus, vitanda ostendamus. In quibus ingens sanè usus. Sunt hęreses & schismata exercitia, antidota, irritamenta, & calcaria Ecclesiæ ad fortitudinem, diligentiam, prudentiam, patientiam, & temperantiam Christianam, ut de larvatis ingenijs simile quid *Scaliger ex.* 250. *s.* 1. habet. Etiam mala, infernus, damnati, nostri, ut illis dominemur, ait *Lapide in* 1. *Cor.* 3. Omnia propter vos sunt, & ad vestram utilitatem, *Estius in b. l.* commentatur. In vestrum bonum & salutis promotionem, *Leigh. Scriptor Anglus in h. l.* Omnia hæc Ecclesiæ esse dicit, h. e. à DEO in hoc ordinata, ut usibus Ecclesiæ servire debeant, non autem Ecclesia imperio harum rerum subjaceat. *Mylius in h. l.* In usum, commodum, ministerium

nisterium, exercitium, antidotum, informatorium, omnia nobis parata. Sic *venena* in Medic. & antidota inde nobis, sed preparata, correcta, immutata, depurata. *Simile de haeresibus* in Theologicis sentiendum. Sic mors & vita, praesentia & futura, nostri, 1. *Cor.* 3. Vt nostro usui universa parata sint. Quod qui negat, primorum principiorum in Theologicis satis gnarus non est.

11. *Alij* reprobant, quòd credendorum necessaria capita Symbolo Apostol. comprehensa esse dictum, *Iren. n.* 16. *Et delin. n.* 15. Cum & alia fidei capita libellis Symbolicis & Catecheticis comprehensa à fidelib. requirantur. *Verùm* antecedens à plerisq; *Patribus* asseritur, *Irenaeo*, *Tertulliano*, *Augustino*, *Cypriano vel Ruffino*, *Vincentio Lerinensi*, multisq; *Lutheranis* approbatur, qui credendorum epitomen illud habent, coeteraq; puncta, ut de Sacramentis, Poenitentiâ, Conversione, Predestinatione, & similibus ad illud reducunt, ut *L.* 1. *d. fid. Christ. c.* 3. 4. docebo, ut in hac assertione nec novi, nec scandalosi aut impij quid contineatur. Recteq; à *Neotericis* dicatur, Credendorum epitomen *Symbolo*, agendorum *Decalogo*, rogandorum *Oratione Dominicâ*, & observandorum *Sacramentis* exhiberi, ut *Vaeckio* T. 1. L. 2. C. 19. *de unione fidelium*, *Reformatis in Colloq. Thorunien. f.* 3. *Davenantio adhort. ad pacem*, C. 7. ut latius *c. l.* deducetur. Ac utcunq; ad uberiorem fidelium profectum distinctioremq; notitiam plura puncta requirantur; ad necessariam tamen Christianae fidei substantiam illa Symbolo contenta sufficere pleriq; Scriptores ex omnibus Sectis consentiunt, ut *C.* 4. *c. l.* ostendetur. Cui tanquam communiori Sententie calculum adjicere nec novum, nec suspectum haberi potest.

12. *Alij* carpunt, quòd bona opera ad salutem necessaria dixerim, quae phrasis in *Form. Concord.* reprobetur. *Sed hoc* apertum mendacium est. Nuspiam phrasi eâ in scriptis publicè extantibus usus sum. Aut ostendatur, Ubinam? In *Metaphysicis* usum ejus circa vocem Necesse in questione illâ esse dixi, sed phrasin ipsam usurpandam esse non dixi, & in *Irenico* negavi sic loquendum esse, ac ad Scripture verba rem revocavi,

n. 12. *Calovius* phrasin adhibuit *p. 427. Metaph.* Sed recitativè, obiter, & exempli loco eam adduxisse causatur in *Censur. c. Laterman. p. 177.* *Si probem eam*, sensum legitimum ei subesse sciam, quem si teneam, frustra à Sycophantis oppugnari sciam, & eo sensu, quo capitur, expugnari non posse certus sim, nisi ipsi Spiritui S. loquendi leges in divinis impiè præfigant. *Paris farinæ est, quòd DEUM causam peccati per accidens* statuisse arguor. Apertè contrarium *Tract. d. Caus. p. accid. & alibi* statui. Prudenter cauteq; in terminis ad divina adhibendis procedendum monui *C. 5. Metap. L. 1* Pariter in hoc termino id agendum. Sed si id non ferant, tutiùs removeri, quàm adhiberi censui, ut *c. l.* patet. *Item quòd personas Trinitatis tres Causas socias dixerim.* Et hujus contrarium statui, & non tres Causas, sed tres causantes socios, h. e. supposita agentia, verùm unam causam unumq; principium agens dicendum dixi, *præf. d. not. Natural.*

13. *Alios* offendit, quòd *Ignatij Epist. ad Tarsenses* ut legitimam citârim, *Auct. Natal. t. 2.* Cum spuria, & non ejus sit. Verùm eam ut legitimam multi Theologi allegant, ut *Danhavverus Christosoph. s. 1. t. 4. Gerhardus præf. p. 2. homil. in festa. Mislenta de nat. Theol. C. 3. t. 56. Botsaccus L. 3. AntiCrell. s. 6. C. 1. n. 8. Calovius in fide Antenica. t. 22. Alstedius in turri David, loc. 6. t. 11. Martinius L. 1. Theol. p. 2. tr. 3. C. 5. Bellarmin. L. 2. d. Monac. C. 27.* Communiterq; pro ejus agnoscitur, nec simplicitas styli ab ejus stylo abludit. Imò *Mislenta, Gerhardus, Botsaccus, Calovius, Martinius*, etiam *Ignatij ad Philippenses* ep. allegant, quæ sine omni dubio spuria, & ingentibus absurditatibus fœta est, ut, Sathanam mirum Mariæ partum latuisse, item Stellam ab Oriente apparentem, Magos dona ferentes, & similia ignorasse, ac de jejunio quadragesimali & celebratione Paschatis cum Iudæis absurdos errores ac loquendi formas habet. Si illi eam ut *Ignatij* allegare audent, cur non ego illam *ad Tarsenses*, quæ plus de Spiritu Ignatij habet? In proprijs primùm rectiùs vidisse satius extiterit, quàm in alienis lynceum se exhibere velle. *Similiter offendit*, quòd filium in V. T. ministrasse Patris voluntati dixerim *c. l.* Sed

ex

ex *Juſtino Martyre* me id dicere allegatum teſtimonium *t. 2. c. l.* docet, poteſtq; Orthodoxè explicari de diſpenſatione illâ, quâ ſub V. T. omnia Pater per Filium peregit. Et *Concilium Syrmicnſe* ſic locutum, cujus ſenſum *Hilarius L. d. Synodis* explicat, quòd miniſtraverit, non ut famulus Domino, ſed ut filius Patri, inter quos etſi non naturæ aut dignitatis inæqualitas ſit, tamen in Patre authoritas principij eſt, quæ non in Filio, ut *Gerhardus exeg. d. Perſ. Chriſti, t. 68.* loquitur, & alii ſequuntur, ut alibi traditum.

14. *Aliis* inceſſitur, quòd *t. 13. 15. Iren. de calumniis inquirendum dixerim*, annon intercurrant, & ſic tacitè Lutheranos calumniarum in adverſarios reos egerim. *Sed* hic *inter conſilium & aſſertum* diſtinguendum eſt. Per modum conſilij ſuggeritur, Cum paſſim ex omnibus Sectis Scriptores de calumniis gravari conſtet, calumnioſè ſua accipi & explicari, inter cœtera inquirendum, an id ex vero ita ſe habeat, ut & hęc componendi remora amoveatur, non autem per modum ſimplicis aſſerti affirmatur, calnmnias undecunq; eſſe. Nec apud *Lutheranos* omnia innoxia hic fore inſpectio Scriptorum docebit, & graves authores *Meyfartus*, *Heſhuſius*, *Simon Pauli*, *aliiq;* ante me conqueſti ſunt, ut ſuo loco exemplis, ſi opus ſit, oſtendi poterit. Solæ *Tubingenſium & Gieſſenſium* Controverſiæ rem probare poſſint. *Aliis diſplicet*, quòd omnia in mitius, ubi licet, non rigidius explicandum dixerim, *t. 15. Iren.* At hoc primum principium requirit, Quod tibi fieri vis, alteri feceris, *Matt. 7. Luc. 6.* Cum nobis autem ita procedi volumus, non contrà. Ita in *Lutheri* rigidioribus phraſibus agimus, ut è mitioribus emolliamus, ut *Behmij diſp. d. promiſſ. Evangel. De ſervo arbitrio*, *Rungij refut. Catech. Ubiquet. aliorumq;* ſcripta docent. Et conſilium ipſum *Chriſtiano candori*, *æquitati*, *& manſuetudini* conſentaneum eſt, ac mens adverſarij ex diligenti ſententiæ diſcuſſione ſatis deduci poterit, ut ſub mitiori explicatione errorem occultare non valiturus ſit, ſi cum homine ſatis Controverſiarum gnaro negocium fuerit.

15. *Alij*

15. *Alij culpant*, *quòd* justificari nos credi debere dixerim, & omnes modos, ut imputando, inhærendo, habitum infundendo, vel utroq; aut neutro modo, removerim, sic enim nihil ampliùs de justificatione credatur, quod absonum. Atqui ex ipso contextu patet, de modis hoc intelligi, *quibus Scriptura non utatur*, & qui varias rixas nobis invexerunt, ab illis omnibus abstrahi posse, & eum tantùm modum ab adulto adhiberi ac credi debere, quem Scriptura exprimat, ut quòd DEUS justificet, quòd non imputet peccatum nobis, 2. *Cor*. I. *v*. 19. Et quòd fidem nobis ad justitiam imputet, ut & Abrahamo, *Rom*. 3. & 4. *V. t*. 3. Hoc simplici Christiano tutissimum esse censui. An inde per consequens sequi oporteat, Christi Iustitiam nobis per fidem imputari, *an* aliter adhuc se res habere possit, *Theologorum* erit disceptare, qui exercitos ad discretionem boni & mali sensus possident, non simplicis Christiani, cui satius est ipsis loquendi modis à Spir. S. suppeditatis insistere & acquiescere, quàm diffusis Controversijs se implicare, quod ibi intentum fuit. Non quid per consequens sequatur, sed quomodo Sp. S. loquatur, hic quæritur. Ac pro mysterij naturâ & hic aliquid superesse possit, quod non ita liquere possit. *U. p*. 1. *t*. 2. Et à quo simplex Christianus tutiùs abstrahat. Res ipsa aliàs à me non negatur, sed Scripturam ita in hoc negotio loqui negatur. *V. t*. 3.

16. *Non absimilis rationis est*, *quòd culpatur*, quòd communionem Corporis & Sanguinis CHristi in Cœnâ esse doceam, & omnes modos, ut transubstantiationem, consubstantiationem, repræsentationem, relationem, significationem, communionis professionem, remotos cupiam, sic enim nihil ampliùs de communione creditum iri. *Verùm in eoipso mysterij eminentiam consistere putandum est*, *quòd* res credatur, & specialis rei modus ignotus ac inexplicabilis esse dicatur, *p*. 1. *t*. 2. Sic Communio ineffabilis creditur. Sed an conversione, substantiali ad locum panis & Cœnæ accessione aut conjunctione, hæc enim Consubstantiationis voce propriè in hac materiâ intelligitur, unde consubstantiationem in Cœnâ pleriq; Luther.

negant;

negant, analogicâ repræſentatione aut ſimili fiat, incognitum eſt. DEO & Chriſto ejus is modus notus eſt, poteſtq; myſtica Communio ab omnibus iſtis modis abſtrahere, & tamen vera, ſolida, ac realis eſſe. *Sic communio Patris, filii, & Sp. S. inter ſe*, Communio Sanctorum cum S. Trinitate & inter ſeſe, & cum ſanctis in Cœlo regnantibus realiſſima eſt, & ex iſtis modis nullum habet, Ut pleniùs *Tract. de commun. Sanctorum* deducam. Neq; ob id rem ipſam negari, aut nihil de eâ credi conſequitur, ſi tàm ſpeciales modi non ſtatim liquere velint, aut determinari nequeant. Incogniti & myſtici eſſe poſſunt. Et *conſilium* hic tantùm proponi, non totam de Communione corp. & ſang. Chriſti in Cœnâ deciſionem apparari cogitandum eſt; Et quidem, quid ſimplici Chriſtiano hic ſciri ſatis ſit, non quid aut quantum à docto vel capaciore & doctore Chriſtianorum requiri poſſit aut ſciri debeat, hic docetur, *Ut contextus verba præ ſe ferent*. Ac panis in Cœnâ fractionem & ſumptionem veram Corporis Chriſti communionem eſſe, *non gloſſa Irenici, ſed ipſa vera verborum Pauli explicatio & intentio eſt*, in verbis ipſis ſolidè fundata, & quæ in ſimilibus loquendi modis optimè procedit, multisq; *Lutheranis* ante me obſervata, ut mancipia nullius lectionis ſint, quæ hic ſtupent. *Vt p. 2. t. 8. Et p. 4. t. 9.* oſtenſum.

17. *Aliis improbatum, quòd*, Ubi in fundamentalibus conſenſus iniri queat, in eo ſiſtendum eſſe *Irenicum* dixerit *t. 15.* Quod hac ratione ſtatim in Communionem Eccleſiaſticam recipiendus ſit quivis, qui fundamentalia puncta recipiat, Cum & ſecundarii errores *in libris noſtris Symbolicis* notati, ac caveri juſſi ſint, nec quisquam in illo puncto illis contradicere aut de illis dubitare debeat. *Atqui calumniosè Irenico* hoc impingitur, cum de recipiendo in communionem *t. 15.* nihil habeat, nec ſi in fundamento conſentiatur, ſtatim recipi aliquem debere dicatur, alia enim *obſtacula moralia*, Ut impia vita, ſcandaloſus ritus, ſchiſma pertinax, voluntarium, temerarium, malitioſa turbatio publicæ pacis Eccleſiaſticæ, & ſimilia eſſe poſſunt, quæ recipi illud impediant: Sed in fundamento rei conſenſum procurari, in eo ſiſti, & fundamentalibus punctis

contentum esse debere dicit. *De recipiendo in commun. Ecclesiasticam aut non recipiendo*, *nihil affirmat vel negat.* Etiam *in secundariis* dissensus illud impedire potest, si *vel* ea proximè primariis innexa sint, *Vel* necessariâ ac evidente consequentiâ adnexa, *Vel* negata & impugnata ingens periculum fundamentalibus importent, *Vel* alio modo se habeant, ut ex merâ temeritate, novitate, pertinaciâ, negentur & impugnentur aliqua, ac dissensus malitiosè, impieq; continuetur, melioribus rationibus nihil obaudiatur aut concedatur, ad schismata & turbas excitandas inclinetur & procedatur, & similiter agatur, Ut *inter sistere in aliquo, & in communionem statim recipere*, ingens adhuc differerentia constitui possit, & illud sisti admitti, hoc, recipere, alienissimè inde statim consequi debere dicatur.

18. *Alii improbant*, quæ de homonymiis vocum & phrasium observandis *t. 12. Iren.* monita, quod non in illis, sed ipsis rebus dissensus sit, minimeq; is distinguendo homonymias vocum Conciliari possit. Sed & hic mens *Irenici* calumniosè pervertitur. Non dicit illud, dissensum totum in homonymiis vocum esse, aut illis distinctis planum consensum inter partes & dogmata Controversa iniri posse: Sed *per modum consilii* inter cœtera observandum monet, annon homonymiæ vocum interdùm intercurrant, quibus detersis facilior ad consensum via parari possit? Hoc multum à priore diversum est, & si totum dissensum tollere non poterit, aliquid tamen ad eum observatum faciet, quod profuerit. In quo *Irenici* intentum satis habet. *Consilia, quib. ex parte rei proficitur, etiam admittuntur*, non respuuntur. Sic purgatione non totum morbum exhauries. Adhibere tamen eam multum ad amovendum eum, & sanitatem reducendam faciet. Etiam *derivare, sistere, impedire, mollire morbum*, utile est, Cum ex toto auferri non potest. Discussio aut. homonymias in vocibus quòd in Controversiis Theologicis multum juvet, exempla in *Irenico* apposita & alia manifestè docent.

19. *Et hoc culpatur, quòd* exæquo *Lutherani* juramento suæ religionis in profuturo Colloquio solvi præcipiuntur, perinde ac Papistæ & Calvin: suæ, *delin. Colloq. t. 8.* Nec Lutherismus

statim

ſtatim Chriſtianismus ſit, ac ſi quid veritatis habeat, ex veteri Chriſtianismo accipiat. Hic verò *primum* neceſſarium eſt ex hypotheſi *Papiſtarum* & *Reformat*: & faciliore cum ipſis proceſſu, Cum quibus ita procedi in Colloquiis ſvadetur, ut juramentis ſuæ ſectæ ſolvantur. Non autem ſibi jus in libero ac legitimo Colloquio imponi ferent, niſi æquale congreſſoribus & combennonibus ſuis imponatur, ſecùs parum proficui proceſſus importabit, Quicquid de veritate aut falſitate alterius partis ſit, de quâ hic non præſupponendum, ſed diſceptandum primùm erit, Vt cum Manichæis *Auguſtinus* concertaturus agendum ſuaſit, & facto proceſſit, *t. 8.* Tàm enim Papiſta & Calviniſta Lutheranam profesſionem veram negat, quàm Lutheranus Papiſt. & Calvin. Itaq; *de omnibus veritas* probanda primùm fuerit, non præſupponenda, ſi utiliter in colloquio procedi intendatur: *Secundum* veriſſimum eſt, & Chriſtianismum primum, antiquiſſimum, tutiſſimum, & ſolidiſſimum eſſe certum eſt, à quo totam veritatem ſuam mutuatus eſt Lutheriſmus, à quo ſi abeat, in falſimoniam aut tricam Scholaſticam patere poſſit, *t. 1.* Et ſic Theologi diſtinguere interdùm ſolent, Ut traditionem de Canone Biblico à Chriſtianâ Eccеſiâ haberi dicant, non præcisè Papanâ, Lutheranâ, Ut *Brochmand. L. C. de ſcriptur. C. 2. q. 2.* *Et contra ſpecul. Verit. p. 68.* Sic Codicem Biblicum & Symbolum Apoſtolicum ab Eccleſiâ Chriſtianâ, non Lutheranâ, Pap. Calv. habemus. *Infans baptiſatus* Chriſtianus eſt, quia in Chriſtianam fidem ſimpliciter baptiſatus, nondum Lutheranus, Papiſta, Reformatus, cum ſpeciales profitendi modos non aſſequatur aut cognoſcat. Lutheriſmus eſt Chriſtianismus, ſed determinatus ſpecie & certo profitendi modo, per quem ſeipſum peculari Lutherani nomine ab omnibus aliis profitendi modis ſecretum eſſe vult, ac ſecretionis nomina retinet, & propugnat, non indeterminatus & abſtractus, ut in infante, puero', ſimplicibus Chriſtianis, eſt. *Ignatius* Chriſtiani nomen ſanctum ac venerabile nomen ait, *Ep. ad Magnes.* Quod citat & approbat *Faber Præf. in 4. Evangel.* Cui ſimile quid *Lactantius L. 4. Inſt. C. 30.* habet. Ac *Epiphanius* Chriſtianos ἐπίθετον ὄνομα geſtare noluit, ſed Chriſtia-

 norum

norum nomine contentos esse, *hær.* 42. *&* 70. Prisca Apostolica simplicitas multa ignoravit, de quibus in *Lutherismo* hodie ultrò citroq; disceptatur. Christianismus tamen optimus & purissimus extitit, donec per errores & disceptationes paulatim à puritate degeneravit, Ut *Ecclesiastica historia* testatur, & multis, si opus sit, doceri potest.

20. *Similiter culpatur, quod neminem salvatum iri dixerim, ut Lutheranum, Reformatum, Papistam*, sed ut Christianum, sicq; Christianismum Lutherismo opponam, & ab eo secernam, *t.* 16. Hoc quà ratione fiat & fieri conveniat, *t.* 1. 19. jam dictum. Si eo sensu capiatur, quo à me ponitur, verissimum est. *Lutheranus est*, qui Lutheri dogmatibus adhæret, ea profitetur, tuetur, propagat, & præ omnibus aliis religionibus prævalere ac eminere desiderat. *Reformatus*, qui reformata dogmata ita acceptat & defendit. *Papista*, qui Papæ dogmata ac præcepta sequitur. Per id nondum salus æterna homini obtingit. Nisi enim professio ista vivà fide Christianà per caritatem operosà *Gal.* 5. *v.* 6. Fructusq; de se fundente, *v.* 22. animetur, àd salutem non sufficiat. Quod processus extremi judicii à Christo nobis repræsentatus, *Matth.* 25. *v.* 35. clarè ob oculos ponit, Ubi non quæretur, an Lutheranus, Reformatus, aut Papista fueris, sed an Christianus, & ex eo bona egeris, mala vitàris? *Item culpatur, quòd in phrasibus Scripturæ sistendum suaserim*, & humanas phrases tricosas ac periculosas, eoq; potiùs abolendas dixerim, Cum summa necessitas adversarios è latibulis extrahendi, ac sanos sensus ab improbis hæreticorum sententiis distinguendi, terminos & phrases introduxerit, eoq; illi summo studio adhibendi, retinendi, & conservandi sint. His bonà ex parte *t.* 7. responsum. *Scripturæ phrases unicum tantùm sensum in rebus fidei, si diligenter ex mente & intentione Spiritus S. evolvantur, obtinent, non duplicem*, eoq; si quis eum sensum habet, quem Sp. S. intendit, orthodoxum sensum habet, *& per hunc sufficienter ab omni heterodoxo sensu distinctus ac separatus est, etiamsi termini humani* non præcisè adhibeantur, Prout ante terminos istos inventos & introductos in fide factum. Nec poterit heterodoxus aliquis in

plenà

plenâ ſententiæ alicujus ex diligenti Scripturæ collatione ſumptâ explicatione ac deductione ita ſe occultare, ut non alicubi per heterodoxiam ſuam ab illâ deviare deprehendatur. Si enim univerſæ Spiritus S. ſuper re aliquâ deductioni conſentiat, in nullâ ab eâ deviet aut recedat, jam non heterodoxus, ſed orthodoxus erit. Præſtantesq; *Theologi* ante me à verbis hominum ad verba Sp. S. rem ſpiritualem reducere, & litium compendium facere ſuaſerunt, *Vt t. 7.* notatum. Optimus & ſentiendi, & loquendi de ſpiritualibus magiſter eſt Spir. S. Optimè enim arcana DEI penetrat, 1. *Cor.* 2. *v.* 10. Et loquendi accurationem homini ſubminiſtrat, *Exod.* 4. *v.* 11. 1. *Cor.* 12. *v.* 8. *ſeq. Tutiſſimè* ergò ejus verba ſubleguntur & præferuntur.

21. *Porrò & id reprehenſum, quòd ad nullam* particularem confeſſionem Chriſtianum adſtrictum velim, ut qui in DEI veritatem Scripturâ & Apoſtolico Symbolo comprehenſam tantùm baptiſatus ſit, non in ullam ſectam aut particularem confeſſionem, *t.* 16. *Iren.* Hic calumnioſè *Irenici verba adducuntur*, & quod ſub certo modo ac circumſtantiâ dictum eſt, velut abſolutè dictum profertur. Non dico *abſolutè*, ad nullam particularem Confeſſionem Chriſtianum adſtringendum, ſed ITA NON ADSTRINGENDUM, *ut ſi diverſi quid in Scripturâ revelatum deprehendatur, non à ſuâ Confeſſione recedere, & Scripturæ accedere velit.* Hoc eſt, non *abſolutè* ad Confeſſionem alligandus eſt, ſed *ſub conditione*, quòd Scripturæ ea conformis ſit. Quòd ſi *ſequius aliquod occurrere demonſtretur, Scripturam ſuæ Confeſſioni præferre debeat.* Hoc juſtum & æquum pro Chriſtiano eſt, & ſecùs qui faxit, non Chriſtianus, ſed Atheus eſt, Creaturam enim Creatori præponit, & quantum ad hoc Creatorem facto negat. Et *Chriſtianum* in nullam particularem Confeſſionem, ſed tantùm in Symbolum Ap. baptiſatum eſſe veriſſimum eſt, Multaq; millia exempla infantium baptiſatorum tàm apud *Papiſtas*, quàm *Lutheranos & Reformatos* id demonſtrant. *Prima ergò & ultima cura* circa hanc fidem habenda erit, ut ea homini implantetur, *cum totâ ſuâ è Scripturâ deductione & explicatione inſeratur,*

ea teneatur, propagetur, modisq; omnibus defendatur. Eâ insertâ ac retentâ *ad particulares Confeßiones descendendum*, dogmata, fundamenta, modi, differentiæ, Circumstantiæ quarumvis pro cujusq; statu, capacitate, ac conditione inquirendę, receptandæ, vel reprobandæ. In uno plenius, altero tardiùs, imperfectiùs, & contractiùs. Ac *adhærere & recipere Confeßionem Christianus potest; Sed absolutè addici soli DEI verbo & Apostolico Symbolo debet.* Et hoc sensu rectè dictum, ad conciliandum liberos Christianos soliq; Scripturæ addictos sumendos esse, *t.* 9. *Iren.* Etsi Confessionibus aut libris Symbolicis consentire possint. *V. p.* 4. *Iren. def. t.* 8. 19. *Similiter quod de Sectarum amore ac placitis dictum, sub certo modo ac respectu* dictum est, non absolutè, nempè Vt è contextu patet, *Inprimis* ad DEI veritatem Scripturâ contentam respiciendum, ut ea reducatur, non secta vel ulla res terrena ei præferenda est, quod in sese verissimum & æquissimum est, & *contrarium ejus* impium ac nefarium est, Scripturam ad sectæ placitum detorquere, aut sectam Scripturæ præferre, DEIq; verbum Creatura postponere, assumptas vel receptas hypotheses præponere, sivè ad Scripturam conformes sint, sive minùs.

22. *Et illud in reprehensionem venit*, quòd in conciliando animadverti jubetur, an dissensus in toto objecto sit, an aliquâ ejus parte, modo, ratione, circumstantiâ? Et in illo consensum esse posse, ut in hoc dissensus aliquis supermaneat, *t.* 9. *Iren.* Cum *Papistæ, Reformati, Photiniani*, ut Christiano nomine tantùm dealbati, totis objectis à Lutheranis, ut solis veri Christianis, dissentiant, eoq; conciliatio eorum in dogmatibus impossibilis sit. *Verùm* de omnibus objectis in universum i sumendo falsum esse deprehendetur, totis illis ipsas dissidere Nam si sic, *nulla disputatio cum illis iniri posset, Cum qui in nul conveniunt, nec principia habeant communia, è quibus cum illis di sputari poßit*, quod experientia integri seculi & ultrà, falsum esse demonstrat, Cum quotidiè cum illis per scripta controversatum sit. Recipiunt enim Codicem Biblicum, ut infallibile DEI verbum, in omnibus suis partibus verum, concedunt esse DEUM, Spiritum aliquem increatum & omnipotentem

Creatore

Creatorem omnium, Christum DEI & Mariæ filium esse, Salvatorem Mundi esse, passum, mortuum, resuscitatum esse, ad dextram DEI in cœlestem gloriam, potestatem, & majestatem evectum esse, aliquam DEI Ecclesiam in his terris, hoc est, cœtum ritè DEUM colentium, aliquam Sanctorum communionem in illâ Ecclesiâ, item peccatorum remissionem esse, & similia, è quibus ad alia, quæ negant, conciliandâ cum illis procedi debeat. *Generalibus* objectis conveniunt; Sed *specialibus* differunt. Sic quæ de unionis formali in Christo, circumincessione, communione naturarum & idiomatum, prædicationibus personalibus, & similibus cum *Reformatis* disceptamus, specialia valdè objecta sunt, & quorum magnam partem simplex fidelis ignorare potest, Ut fidem tamen habeat, ac salutem consequatur, quæq; ut dextrè intelligantur & explicentur, magnam *Philosophicarum rerum* notitiam & accurationem requirunt, quam non omnibus fidelibus DEUS indulsit, quæq; adeò ob omnibus requiri non potest, Ut *Jac. Martini aliiq; è Nostris* concedunt, Ut testimoniis eorum L. 1. *d. fid. Christ. docebo.* Sic quæ de notis Ecclesiæ cum *Pontificiis* disceptamus, specialia objecta sunt, bonamq; etiam *Metaphysicarum rerum* de signo & signato, *nota & notato*, notitiam requirunt, quam ab omni simplici Christiano etiam expectare non possis. In talibus dissensum aliquem non semper fundamentum salutis evertere posse, certum est, Cum varias difficultates, & eas ex Philosophicis sæpiùs & accurato terminorum sensu tractas, intercurrere palam sit.

23. *Sic Christum unigenitum DEI filium esse, propriè punctum fidei est.* Quid hoc *in vero plenoq; sensu* importet, fateor, è sacris diligenter eruendum, tenendum, & amplectendum esse, Contrarium ejus nullo modo recipiendum esse, & si impugnetur ab Adversariis, sedulò & accuratè defendendum, ac ad posteritatem propagandum esse. Sed *negari tamen* nequit, ultra hoc multa specialia de filio DEI in Theologicis quæri. *Ut, an* cogitando à Patre genitus sit, *an* inde λόγος dictus, *an* Causatum Patris & principiatum dici possit, *an* ita æternus sit, Ut & inoriginatus sit, ut Pater, ut simpliciter originem

nem ab alio non habeat, *an* dependere à Patre dici possit, *an* αὐτόθεος vocari queat, *quo* sensu splendor gloriæ & character substantiæ Patris vocetur, *an* essentiæ, an personæ Patris respectu sic dicatur, *an* cum Patre duplex spirator Spiritus S. dicendus, an unus, *an* & quà Deus, Pater major ipso vocari queat, *an* quà Deus Patri proximus ratione ordinis dici queat, *an* posterior Patre quà ordinem & numerum vocari possit, *an* initium durationis suæ agnoscat, Ut *Origenes*, *Tertullianus*, *Lactantius*, voluerunt, *an* simpliciter in duratione æternus sit, ut Pater, ut *Posteriores Patres* volunt, *an* quædam de hoc mysterio in hac caligine dici non possint, & Scriptura specialiter omnia non determinârit, *An* Caro Christi Verbi adjunctum aut accidens prædicabile dici queat, *an* Christus unum per se, an per accidens, an per aliud, vocari debeat, *an* unio naturarum in Christo accidentalis dici posſit, *an* Christus clauso manente sepulcro resurrexerit, & non aperto matris utero natus sit, & quæ *similia infinita* sunt, in quib. simplicem Christianum sæpè deficere certum est, ut multa nesciat doctiorem ambigendi, dissentiendi, aut ampliandi causam habere, ut non statim de omnib. tricis & terminis promptè respondeat, multaq; in talib. esse, quæ *nec* ad fidem præcisè pertineant, *nec* si dissensus aliquis sit, eam necessariò evertant. Cum rationes ab utraq; parte probabiles, si liquidus terminorum sensus eruatur, esse posſint, ut neutri assertionis parti absolutè assensus dari queat, ac à *Patribus* diversimodè interdùm sensum sit. In communionem autem Ecclesiasticam quosvis etiam in his dissentientes statim recipiendos esse, *nec Irenicum* dixit, sed calumniosè illi affingitur, *V. t. 17.* Nec quidquam *t. 5.* de eo habet, Cum variæ causæ esse queant, ut in communion. aliquis non recipiatur. *Nec* si aliquid obiter de eo meminisset, sine patrocinio *antiquitatis* sensisset, quę communionem etiam cum illis tenuit, qui Christum merum naturâ hominem senserunt, sed electione tamen Patris Mesſiam ac mundi salvatorem factum censuerunt, Ut ex *Iustini Martyris dialog. cum Tryphone*, *Cypriano*, haberi potest, *Vid. Davenantius adhort. ad pac. C. 4.* Prout *alibi* latiùs deducetur. Quos errores

Christi

Christus in ipsis Apostolis dissimulârit, & tamen communionem cum ipsis coluerit, ex historiâ Evangelicâ manifestum est. Inter 7. Ecclesias Asiæ quędam errorib. infectę erant, *Apoc. 2. v. 14 15. 20.* Non tamen prioribus suadetur, ut communionem cum reliquis rumpant, sed ut errores hæ corrigant.

24. *Et id sunt, qui reprobent*, quòd in mysterio Trinitatis multa inter arcana cœli & ἄῤῥητα referenda dixerim, *t. 5. Iren.* sub quo generali & *Arianus*, *Photinianus*, *Tritheita*, *Sabellianus*, *Praxeanus*, latere, & errores suos tegere ac occultare possit. Cœterùm apud *Patres & Theologos* frequens est, arcana cœli in mysteriis agnoscere, ac nonnulla in cœlestem Academiam differre. DEUS meliùs scitur nesciendo, ait *Gerhardus aphor. pract. Voce DEUS.* Nec nos erubescimus, quę sunt in quæstionibus majora secundùm nos, reservare DEO, ait *Irenæus L. 2. c. hæres. C. 48. Gregorius M. L. 3. Moral.* ad videre in cœlis recurrit. *Protestantes in summariâ compreh. articul. an 8'.* ad cœlestem Academiam quædam discenda rejiciunt. *Lutherus* in mysterio Trinitatis credenda, non scrutanda ait, & ne angelis quidem nota omnia esse dicit, *T. 6. Jenens. p. 579. a. Meldenius in parænesi p. 36.* licere quędam ignorare, & scientię DEI concedere secreta ait. Plura è *Meth. d. Trinitate & Tract. de non liquendo, t 7. seq.* patebunt. Sed *nec* ego dixi, reliqua, quę ex revelatis satis colligi possunt, negari licere, quod *Ariani*, *Photiniani*, *Sabelliani*, faciunt, *V. p. 1. t. 2.* Et quid de hoc ipso Trinitatis puncto, quomodo ad Scripturę verba revocandum sit, *Mentzerus* judiciosè censeat, è locis *t. 7. citatis* patere potest. Quòd si *Photinianus aut alius* sub talibus verbis latere velit, ad fundamentalem fidei necessitatem deductus consistet, in quâ ritè recteq; explicatâ si consentiat, jam pro orthodoxo habendus erit. Si negare & impugnare pergat, facile impia opinio è latibulis extrahetur, & confutabitur ab illis, qui controversiarum gnari sunt. *Neq; Nos* in omnibus, *neq; ubiq;* ad arcana cœli recurrimus, sed quousq; Scripturę revelata habemus, ea eruimus, repręsentamus, docemus, & recipimus, inq; illis sistimus; Ubi ea desinunt,

 nunt,

nunt, & omnia, quę nos de myſticis movemus aut diſcutimus, non ſatis ſpecialiter in ſacris revelata habemus, jam in nonnullis arcana Cœli agnoſcere non abſurdum ducimus, Ne rationi in infinitum hic vagari concedamus, quæ nullibi plura, quàm in myſticis, ſibi licere præſumit. *Quòd* ſi tutiorib. hypotheſib. modis, & rationibus variis difficultatib. à ratione contra myſterium motis obviare & ſuccurrere intendamus, & id, prout aliis fuit, nobis liberum eſſe debere nemo prudens negabit, ſuetumq; id apud literatos eſſe, omnes nôrunt.

25. *Quorundam audacia* calumniari auſa eſt, *me totam novam & perverſam aliquam Theologiam moliri*, eò principia, hypotheſes, axiomata, modos & rationes univerſas invenire, aptare, & conferre, prorſusq; novam ſtructuram meditari, Vetera fermè everſa velle, eò in omnibus intendere, ut univerſa ſectæ hodiernæ in unum Chaos confundantur, ex eoq; una ſubſtantia fidei ſalvificę & religionis Chriſtianę tandem educatur. *Hoc totum quot verbis conſtat*, tot inſanis calumniis conſtruitur. *Nec nova* in fide hic molior, ſed reſectis omnibus ſubtilitatibus & tricis ad veterem Apoſtolorum fidem univerſos revoco, quod ante me *Lutherus*, *Philippus*, *Chemnitius*, *Menizerus*, *Meyfartus*, *Meldenius*, fecerunt, & hoc novum vocare heſternorum ac jnſcitorum hominum proprium eſt, *V.p.* 1, *t.7.* *Nec quicquam* perverſi intendo, ſed omnia, quàm maximè fieri poteſt in hac çaligine, ad Veterem illam veritatem, certitudinem, & accurationem, reducta volo, à quâ ſi quid in Theologiâ abeat, ejectum inde volo, ſi quid in inutiles rixas & contentiones deducat, vitandum cum Apoſtolo moneo, *1.Tim.1.v.* 4. *C.6.v.4.5.* *Tit.3.v.9.* Si quid accuratiùs proponi poſſit, quàm ſecundùm communes vias & hypotheſes fiat, præferendum communibus judico, in omnibus DEI veritatem verbo ejus repręſentatam ſtudiosè inquirendam, proponendam, defendendam, & univerſis humanis opinionibus aut rationibus pręferendam cenſeo. Antiquam fidem ab omnib. ſectis abſtractam, & ad puriſſima tempora 300. primos annos, reductam cupio. Hoc *ſi novitatis & perverſitati*

versitatis nomine traduci ac infamari debet, erit ille Vindex, Cujus causa agitur, & veritas inquiritur, ac qui ipse in verbo & Naturæ lumine *talia principia velut prima & immota fixit*, & ad observandum nobis constituit. *De hominum judicio illud Apostoli cogitabo*, Pro minimo mihi est, Vt à Vobis judicer, aut ab humano die. Qui autem me judicat, Dominus est, 1. *Cor*. 4. *v*. 3. 4. Sed *nec omnes sectas in unam conferruminare*, aut ex illis novam aliquam educere propriè intendo, Cujus causam in meo intento non habeo: *sed ostendere*, Veterem illam Christianam fidem, *prout ab Apostolis ac antiquißimis Patribus prædicata est, omnium purißimam, certißimam, & tutißimam, eoq; meritò omnibus religionibus præferendam esse*, & ideò hodierna disceptata, hypotheses, sectas, religiones, ad illam inprimis jure revocandas ac conformandas esse, prout omne posterius ad prius, & imperfectius ad perfectius ut mensuram suam revocari solet, inutiles contentiones, quales in Scholasticis infinitę sunt, à fide resecandas, nimias curiositates & subtilitates è Spiritualibus amovendas, multitudinem quæstionum vitandam, rixis Scholasticis modum & terminum tandem ponendum, fundamentalia fidei puncta inprimis inquirenda ac respicienda esse moneo. Hoc *t*. 15. *Iren*. & *t*. 15. *delin*. satis edoceant. *Quâ ratione ad differentias sectarum* quasdam moderandas, mitigandas, aut conciliandas procedi possit, aut in tertium aliquod melius priscæq; fidei congruentius extrema commutanda sint, inquirere, discutere, proponere cupio, aliorum judicia, modos, consilia, rationes, inquirere, elicere, audire, si citra calumniam aut perversionem proponantur, ex omnibus collatis optima seligere, ad ipsam conciliandi praxin aptare, aliis materiam cogitandi suppeditare, nihil in prejudicium veritatis conari, similiaq; agere intentum mihi fuit. *Si in tàm gravi argumento non omnia ad ungvem resecui, idem aliis in simili evenit, nihilq; simul fit & perfit, ac Lectoris veniam jam in Epilogo Irenici exoravi*. *Calumniosè* autem mea detorqueri, intentum perverti, peregrinos fines affingi, aut semiplenè mea explicari, haud sanè commeritus sum, & à quovis Sycophantâ ferre non teneor. Sed hæc gratia impii

 Mundi

Mundi est, quam solidis Christi operariis impendere solet. Quòd si *in artificioso habitu Theologiæ* repræsentando novâ methodo, aut justioribus definitionib. artisq; præceptis procedo, tàm mihi id licitum arbitror, quàm aliis ante me & post me erit, qui idem egerunt, nec quenquam super eo quærere aut curare habeo. *V. p. 1. t. 4. Perpetua in his inter literatos diversitas est*, Ut exempla scriptorum docent.

26. Est & *illud calumniæ vicinum*, in pauca illa puncta, quæ pro fundamentalibus fidei habenda sint, consensum & syncretismum cum omnibus sectis ineundum esse. *Cœteras determinationes* Ut superfluas resecandas, & super illis contendendum non esse. Hoc enim *tali modo in Irenico positum non invenietur.* Sed inter *alia pro consilio suppeditatur*, inquirendum esse, *quæ, quot, ac quanta dogmata pro fundamentalibus punctis habenda sint, eaq; firmiter & inconcussè constituenda ac retinenda*, & in his, ut consentiatur, inprimis ac præcipuè laborandum esse, His enim in consensum tractis reliqua faciliùs secutura, vel cœterorum cum illis non parem necessitatem futuram animadversum iri. *V. Iren. t. 14. 15. Et delineat. t. 3. Sic* Christum ad dextram Dei sedere, hoc, est in cœlesti gloriâ & majestate regnare, punctum fidei est. *Secundùm* Deitatem, humanitatem, aut utramq; naturam sedere determinatio aliqua prædicati in puncto est, de quâ disceptatur, quæ paris cum præcedente necessitatis non est, & ab idiotâ ignorari potest, cum antecedens simpliciter sub periculo salutis ignorari non debeat. *Christum* passum, mortuum, crucifixum esse, fides est. Et hoc quidam hæretici negârunt, Ut Marcionitæ, Ut in *Passional. t. 2.* dixi. *Pro omnibus aut quibusdam passum*, sub P. Pilato passum, determinatio prædicati in enuntiato est, sic enim in *Logicis* vocare solemus, Ut, Christus est redemptor, Deus est Salvator, enunciatum est, omnium hominum, prædicati in illo determinatio, quę ex Scripturâ inquirenda, non autem neganda vel impugnanda est, nec temerè ignorari debere dictum est, nec si impugnetur, cum pertinaciter impugnantibus statim syncretismum ineundum *Irenicum* dixit. Est enim longè diversum, *Ut* in fundamentalibus consentiatur, inprimis elabo-

elaborandum: *Et*, *si* quis momentosam etiam determinationem clarè in sacris revelatam pertinaciter neget, cum eo syncretismus salvâ istâ negatione iniri potest, quod ibi non dictum, sed alius loquendi modus adhibitus, *t.* 15. *In omnibus specialibus determinationibus* & quæsitis ut procuretur consensus, necessarium non est: *NOTA*: *In omnib. specialib. determinationibus.* *Diversum etiam*, fundamentalia fidei puncta inquirere: Et illis habitis nihil ampliùs in spiritualib. scire vel proficere velle. Prius *Irenicum* dixit, non posterius. *V. t.* 25. E. p. 4. t. 21.

27. Possunt ergò *quædam determinationes momentosæ magisq́ aliis necessariæ esse*, in quibus negatis ac impugnatis non liceat cum impugnantibus pacisci aut consensum inire. Qualis illa, Christi passum pro omnibus, quæ cardinem salutis ac fundamentale Christianorum solatium concernit, proximeq́ rei salutis nexa, & clarissimè in sacris expressa est. Unde qui impugnare eam pergunt, persistente impugnatione in consensum admitti non possunt. *Sed aliæ non ita momentosæ & necessariæ* sunt, Ut, *an* Christus naturalis Dei filius etiam secundùm humanitatem sit, *an* secundùm Deitatem tantùm ita dici debeat, *an* Corpus Christi in Cœnâ præsens per transubstantiationem, consubstant. vel analogicam repræsentationem sit, *an* & quà homo creator Cœli & terræ Christus dici possit, *an* prædestinatus dici possit Christus, ut homo fieret, an finis omnium etiam quà homo, dici queat, *V. t.* 16. 23. Et quæ similia, de quib. Laicus interdùm nihil scire potest, Cum fundamentalia fidei puncta ad salutem ignorare non debeat. In his faciliùs ad consensum aliquem cum dissentientibus procedi liceat. Ita quæ *distinctè de distinctis* prolata sunt, & è verbis *Irenici* educi debent, sinistrè in alienum sensum & sequiorem sententiam detorquentur.

28. *Et in eo sententia mea pervertitur*, quòd à primâ & antiquissimâ Ecclesia Christianâ sumendum dixerim, quid de hæretico & hæresi censendum sit, *delin. t.* 4. Et id eò trahitur, quasi neminem hæreticum habendum censeam, nisi qui primis 300. annis pro tali habitus fuerit. Non enim id mea

ſententia eſt; Sed *Cum ſequentes Eccleſias circa hæreſes & hæreticos valdè luxuriaſſe certum ſit*, multosq; errores eæ pro hæreſibus proclamârint, quos prima illa Chriſti Eccleſia nunquam pro talibus habuiſſet, quomodo *Vigilius* Salisburgenſis hæreticus proclamatus, quòd antipodes eſſe docuiſſet, *Alſtedius p.* 1. *Geogr. c.* 7. Et quomodo *Quartadeicmani* olim hæretici proclamati, Cum reverà non eſſent. Sic in *Papatu* olim varii articuli pro hæreticis habiti, qui verè tales minimè fuerunt: Quid propriè hęreſis ſit, & quod punctum errorem hæreticum faciat, etiam à primę ac antiquę Eccleſię Chriſtianę judicio deſumendum ajo, quę momenta punctorum, eoq; errorum in illis qui veros hæreticos faciant, providè attendit, & à temerari hæretici proclamatione prudentiùs ſibi cavit, ac ſequentia ſecula in exceſſum hic exorbitantia fecerunt, Ut *hiſtoria Eccleſi.* docet, adeoq; & hodiè hæreticum aliquem dici poſſe, lice apud Veteres nulla ejus mentio, Cum error ejus nunquam extiterit, ſi error ejus *in tàm momentoſo puncto* ſit, in quali olim is fuit, qui à Veteri Eccleſiâ pro hæretico errore notatus & rejectus fuit. Si autem *tanti momenti non ſit*, non ſtatim pro hæreſi habendus ſit, etſi error, & gravis quidem, eſſe poſſit, ſatiusq; hic in defectu, quàm exceſſu peccare, habendum ſi. *Sic* terram in orbem quotidiè volui, gravis error in Theologici cenſetur. *Hæreſis* tamen non dicitur, & qui id ſentiunt *hæretici* non vocantur, niſi fortè apud *Papiſtas*, quia punctum ipſum fidei Chriſtianæ cardinem non concernit. De quo Tr. *terræ revolutione t.* 2. dicam. *Sic* qui Chriſtum verum Deum aut hominem negat, hæreticus eſt. Sed qui in diſceptatis *de communione naturarum aut idiomatum de Chriſto aberret*, non ſtatim pro hæretico proclamari queat, cum punctum ipſum fidei fundamentum non attingat, ſed ſpecialiores Scholarum ac Doctorum diſquiſitiones attineat. *Sic* ſi Chriſtum riſibilem fuiſſe quis dubitet, non perindè hæreticus cenſeatur, ac qui verum hominem eum fuiſſe inficietur, Cum riſibilitatem non ita neceſſariò homini nexam cenſere poſſit, Ut non à quodam abeſſe queat. Et huc facit, quod hęreſin directè & prim *ipſam fidei ſubſtantiam, non circumſtantiam*, nec obliquè, im-

pugna

pugnare debere *quidam Luther.* docent, Ut *Affelmannus de hæret. t. 84. Hutterus L. C. p. 1029. Et in Irenico C. 13. Calixtus p. 1. c. Mogunt. t. 78. aliiq́;. Brochmandus solos* illos libros hęreticos censet, qui doctrinam continent enormiter Propheticam & Apostolicam impugnantem, *L. C. d. Magistratu Pol. C. 2. q. 4.*

29. *Alii* consilia *Irenici* omnia talia esse blaterant, ut irrepentium errorum ac sectarum tutissima latibula & propagandi media præstent, quę omnes sub DEI verbo ac Apostolico Symbolo latere possint, sensusq́; suos impios sub eo occultare, nisi ad speciales explicationes & confessiones descendatur, quibus impius sensus sub bonis verbis occultatus revelетur, & extrahatur, sicq́; orthodoxia ab heterodoxiâ prudenter distinguatur. R. *Ideò sensum & intentionem verborum è diligente* Scripturę collatione ac scrutinio eruendum ac proponendum in Irenico additum fuit, ne heterodoxia sub eo comprehendi queat, *t. 17.* Et *delin. t. 5.* Non nuda verba sine ullo certo ac determinato sensu recipienda dictum: Et ambigua, dubia, obscura, liquidò determinari, ac ad unum certum sensum pertrahi jussum fuit, *t. 2. delin.* Per quod heterodoxia ab orthodoxiâ sufficienter secernitur, nec latibulum aut promotio erroris ulla locum hic habere poterit. *Conf. t. 7. 20. 23.* Sic enim Apostoli priscíq́; *Patres* se ab hæresibus suorum temporum distinxerunt, priusquam termini introducti aut usurpati, nec ulla Confessio aut Symbolum fidei, pręter *Apostolicum*, conformatum fuit. Atq́; utinam ita ad solida adhærescamus, ac *Photinistam* ad ea adigamus, ut in cœteris quiescere mallet, quàm negare & impugnare? Esset, de quo nobis gratulari, litiumq́; compendio aliquo frui possemus! Quod facilius optatu, quàm speratu fortè erit, cum lites in infinitum protenderimus.

30. *Nonnulli* cavillati sunt, me *Philosophum Theologo* in titulis pręmittere, sicq́; civilem disciplinam spirituali, qualis Theologia, anteferre, quod contrà factum oportuit. *Hi stolidi Censores* mancipia nullius lectionis se esse ostendunt. Frequens id nostris & alienis. Cum animadverteret Philosophus

& Theo-

& Theologus inter ſuos non poſtremus, B. Keckerman, ait *Bar-*
tholinus diſ. d. quæſt. miſtis c. Keckerm. Quis tantas nugas in
tanto Philoſ. & Theologo Herbornenſe non improbet, ait *Bu-*
ſcherus p. 1. con. Piſcatorem, ex. 4. ſ. 4. Quę de Philoſophię &
Theol. ſyzigia inter Philoſopho-Theologos controvertuntur,
Sledanus de Theolog. t. 34. Sive Philoſophus, ſ. Theologus, *Gra-*
verus d. unâ veritate, p. 60. Philoſophus & Theol. quidam cele-
berrimus, *Mislenta in prælect. d. Theologia, C. 8. m. 1.* Ad Cra-
merum, Philoſophum & Theol. Stetinenſem, *Taubmann. in Pſal.*
103. *f. Arriaga* Phil. & Th. Doctor in titulo Curſus Phil. voca-
tur. *Pomponatius* Ph. & Th. pręſtantiſſimus in tit. libri de in-
cantat. dicitur. *Crellius præfat. L. d. Euchari:* contra Valenti-
am Philoſ. & Theologum ſe vocat. *Matth. Paſor.* Ph & Theol.
Doctorem ſe ſcribit in Carmine *Mareſio T. 1. in Tirinum* pręfixo.
Doctiores inter ipſos Philoſophi & Theologi, *Vedelius l. 3. Ratio-*
nal. C. 19. Similia Ap. *Reusnerum in iconib. ſub Gryneo, Delrium*
l. 1. Magic. C. 2. Binsfeldium de Confeſſ. Sagar. Concluſ. 5. p. 200.
Et in Cod. de Malef. & Mathem. n. 10. Scheiblerum titulo Metaphy-
ſicæ in quarto, Libavium præf. p. 3. Syntagm. arcan. Andr. Crame-
rum faſc. diſp. & præfat. Et diſ. 1. proemial. Scharfium d. 10. Theor.
tranſc. t. 14. Et præf. diſ. 12. Jac. Martini d. 5. de Cauſa peccati.
Lud. Crocium L. 3. Theol. C. 38. n. 7. Reinbothum d. 1. d. prædic
perſon. t. 50 Taubmannum ot. ſem. p. 123. 130. Vietorem d. 7. Top
q. 5. alioſq; infinitos videas. Si in ſcriptis & titulis id alii
licet, Cur *mihi* negetur, aut in ſiniſtrum rapiatur? *Deind*
præponitur Philoſophus, quòd plerumq; prius Philoſophi ſi
mus, quàm Theol. priusq; gradibus in eâ inſigniti, quàm hac
& ſi in hac, ut hodiè *in Academiis* ordinariè ea docetur ac pro
ponitur, ſolidi profectus eſſe velimus, neceſſariò Philoſoph
ante eſſe teneamur, ſecùs multa in vanum nos occupare neces
ſum ſit, Ut *Coron. Logica t. 23.* monitum, non quòd præfer
eam huic velimus, Nec omne, quod pręponitur, ſtatim ut præ
ſtantius pręfertur. Peccavi in cœlum & in te, Pater, ait per
ditus, *Luc. 15. v. 18.* Ut canam & laudem, *Pſal. 57. v. 8.* Prin
cipes infideles & furum ſocii, Eſa. 1. v. 23. Maledicent Regi
DEO ſuo, *Eſa. 8. v. 21.* Decimatis rutam & omne olus, *Luc. 1*
v. 4

v. 42. Domine mi & DEUS mi, *Joh. 20. v. 28.* Gratia Domini IEsu Christi & caritas DEi, *2. Cor. 13. v. 13.* Confer & 2. Thess. 2. v. 16. Sic de *Domitiano Martialis*, Edictum Domini DEiq; nostri. Idem apud Rhetores in auxesi Orationis frequens est.

31. Extitit ad ultimum *impudens Sycophantes*, qui colophonem actorum subtexturus malefultoq; detorsionum centone *in Irenicum & defensionem* tùm extantem invectus est, egregiè se finire ratus, ubi per adulterinæ linguœ rabiosum nefas mendaci licentiâ non uno criminationis scelere agendi finem composuisset. *Ejus loidorias* à primis voluminibus ad suprema usq; facinora, *quantum accipere licuit*, strictim hic produxisse, pleraq; enim ex hactenùs traditis confutari queunt, non inutile judicatum fuit, ne & hac parte obstaculum Irenico relictum videretur. *Primò objectum fuit, me fidem Christianam velut genus facere, Papismum, Lutherismum, Calvinismum, Photinismum*, ut species sub isto genere contentas, quæ omnes aliquid de fide Christianâ participent, aliæ magis, aliæ minùs, consequenter in eâ censeri queant. *Hoc præter putidam* criminationis invidiam ac inscitiam nihil continet. *Nec* quævis vera rei divisio statim generis in species est, ut *Hutterus* L. C. p. 510. *b.* vult, facto tamen in divisionibus Ecclesiæ sibi adversus, *p. 509. b.* Cum *& rei in modos*, status, gradus, & subjecti in accidentia, & totius in partes integrales, essentiales, & similis fit, ut è *Logicis ac Metaphysicis* constat, & ni ludibrium illis debere velis, vel invitus concedere cogaris: *Nec* hoc loco talis intercurrit, sed longè alia. Sic *ens* in finitum ac infinitum, *Causam* & causatum, Necessarium & contingens, *attributa* DEI in positiva & negativa, *Ecclesia* in visibilem & invisibilem, triumphantem & militantem, *Scriptura* in V. & N. Testamentum, Legem & Evangelium, *Philosophia* in Theoreticam & practicam, *Corpus* in sanum & ægrum, *Homo* in doctum & rudem, virtuosum & vitiosum dividitur, ubi frustra genus in species divisum delires. Ita in hoc negotio *religio Christiana ut subjectum*, in *Papismum, Luther. Calvin. Photin.* Ut accidentia sua, sectas, & profiten-

di modos, in quos per accidens ſciſſa eſt, dividitur. *Accidit et*, quòd à reſtauratore Luthero Lutherana, Papa, Photino, corruptore, Papana & Photiniana dicitur. *Si* corrupta non fuiſſet, reſtaurari non opus fuiſſet. *Si* in Apoſtolicâ puritate ac ſimplicitate perſtitiſſet, à corruptoribus denominationem ſortiri non neceſſe habuiſſet. Quòd reſtaurata eſt, indeq; puriùs reducta, Lutherana, Quòd corrupta eſt, & impuriùs cum aſſumentis & commentis humanis proponitur, Papana, Photiniana, Weigeliana, &c. nuncupatur. *Genus & Species* aut quaſi talia me hic facere nuſpiàm in ſcriptis meis Sycophanta reperiet, & ἀφίλοσόφως indè extorquetur.

32. *Deindè* Chriſtiana religio etiam cum erroneis profitendi modis ſumpta opponitur *Turciſmo*, *Iudaiſmo*, *Paganiſmo*; & omnes ſectas aliquid de Chriſto, & ſi non purè integreq;, confitentes, complectitur. Sic Pontificiam, Reformatam, Photinianam Religionem ad Chriſtianam pertinere, ac ſub eâ comprehendi, certum eſt. Sic Apoſtolorum fides Chriſtiana erat, ſed cum errore de mundano Meſſiæ regno, quæ corruptio non erat propriè Chriſtiana. Photiniani imperfectè Chriſtum profitentur, ait *Stegmannus d. 1. Phot. q. 2.* Quæ imperfectio propriè non Chriſtiana, ſed corruptio adjacens eſt. Cum de amplitudine Chriſtianæ religionis diſſeritur, ſciendum, Catholicam religionem in tres potiſſimùm ſectiones diviſam eſſe. Turpiter enim facit Romana Cathedra, quæ ſibi ſoli Catholicam Eccleſiam adſcribit. Quin potiùs *Chriſtiana religio vel eſt Evangelico-Catholica, vel Græco, vel Romano-Catholica, ait Cramerus p. 2. d. regno Chriſti, C. 2.* Eccleſiæ nomen ad omnes Chriſtianam fidem profitentes, etſi corruptiſſimè, pertinet, ut Epheſina, Thyatirenſis, Sardenſis Eccleſia teſtatur, *Apoc. 2. & 3.* Docetq; *Hutterus L. C. d. Eccleſ. C. 1. p. 511.* Ritum baptiſandi Eccleſia Romana habet, atq; eapropter Pontificios ex numero Chriſtianorum excludere non poſſumus, *ait Lyſerus in hiſtor. Paßion. Conc. 2. p. 2. n. 4.* *Strictiùs ſumpta* veram & Aqoſtolicam religionem notat, à Chriſto inſtitutam, Apoſtolis propagatam, Martyri-
bus

bus obſignatam, & opponitur Pſeudo-Chriſtianæ, ut religio erronea hoc ſenſu non Chriſtiana, ſed Pſeudo Chriſtiana aut nomine Chriſtiano tantùm dealbata vocetur. Hoc modo Chriſtiana religio dicatur, quæ proximè ad Apoſtolicam fidem puritate ſuâ accedat, reliquæ ab eâ abeuntes nomine iſto excludantur. *Sic una vera religio Chriſtiana ſit.* *Reliquæ* ſub eâ, non ut ſpecies ſub genere, ſed ut ſcabies, putredo, corruptus humor, & ſanies in corpore, quę accidunt corpori, & ut adjacentia contineantur, partes aut ſpecies propriè non ſint, niſi latè loquendo. Unde diviſio ſubjecti in accidentia eſt. Sic *Eccleſia* in veram & falſam, *Theologia* in veram & falſam, Cum hæc potiùs matæologia ſit, *dominium* in legitimum & illegitimum, cum hoc potiùs tyrannis & violentia ſit, *Canis* in vivum & adumbratum, cum hic imago potiùs & umbra canis ſit, dividitur. *Cur* non religio Chriſtiana in ſectas, in quas ſciſſa eſt, dividatur? E quibus tamen una puriùs eam proponere, & ſic rectiùs titulum religionis Chriſtianæ mereri, altera impuriùs queat, & titulo indignior haberi. *Dividere cogimur, ut poſſumus, quando non ſemper licet, ut volumus.*

33. *Secundò* objectum eſt me communi *ſectarum* nomine univerſas religiones comprehendere, eoq; unam tanti, quanti alteram, facere, h. e. in corde univerſas irridere. De nomine *ſectæ t. 1.* jam reſponſum. Omnes pariter me æſtimare aut irridere mera calumnia eſt, *t. 9.* Primam fidem Chriſtianam magni facio, amplector, & defendo, maximeq; reductam volo, *t. 25. ſeq.* Calumnioſè omnes irridere dicor. *III. Me Lutherum, Papam, Calvinum, Photinum*, conjunxiſſe, eoq; unum tanti, quanti alterum, facere indicaſſe. *Et hoc* merè calumnioſum eſt, nec conjungere ſtatìm æquiparare eſt, *t. 10.* Pro meo autem ſcopo fas fuit conjungere, nec jura à quovis Sycophantâ expectare teneor. *IV. Me omnia incertare*, longè aliter in Conſcientiâ ſtatuere, quàm externè ſcribam, nihil mihi ampliùs credi aut fidi poſſe, ſub orthodoxis verbis ſublestos ſenſus occultare & incruſtare noſſe, ambiguis involuta modis

modis plurima eludere. *Horrida ſanè hæc accuſatio*, ſi vera. Sed nec minor calumnia, ſi falſa. Priſcam Apoſtolicam ac Chriſtianam fidem minimè omnium incerto, ſed omnibus modis ac mediis reductam volo, & id oſtendiſſe, eoq; media quædam ducentia delineaſſe, ſumma & ſcopus totius Irenici fuit, *p. 1. t. 6. 7.* Aliter me in Conſcientiâ ſtatuere, quàm externè ſcribam, non error ſolùm, qui hominum, ſed apertum mendacium, quod impoſtorum, eſt, à nullo de me demonſtrandum. Sicubi dubium occurrat aut involutum, *amplio, differo, non liquere arripio*, & in myſticis tutò arripi poſſe, & quandoq; debere in Conſcientiâ convictus ſum, multorumq; Patrum exemplo facio, *V. p. 1. t. 2. Et p. 3. t. 24.* Et *in Methodo d. Trinit. & Tr. de non liquendo* pluribus patebit. Illudq; *Auguſtini* de obſcuris libenter adhibeo: Quid horum ſit verum, libentiùs diſco, quàm dico, ne audeam docere, quod neſcio, *L. 4. con. Iulian. C. 3. Et alibi:* Illi in vos ſæviant, qui neſciunt, cum quo labore verum inveniatur, & quàm difficilè errores caveantur, *Con. epiſt. fundam. C. 2.*

34. *In Conſcientiam autem meam involare* impudens factum eſt, quam DEum ſibi reſervaſſe Monarcha ille aſſerere ſolebat. Neq; ego cuivis Saturniæ lemæ ejus rationes excutere teneor. *Cæſari* obedientiam, ſed *DEO* conſcientiam debeo. Poterit DEUS & teſtis, & vindex mihi eſſe, non alia me in calamum dare, quàm quæ verè ſentiri poſſe pro tempore exiſtimem. Eam tamen libertatem mihi vendico, ut ſi dies diem doceat, & poſteriora cogitata prioribus rectiora deprehendantur, hæc recepiſſe, illa abdicaſſe liceat. Hoc Scripturæ, *1. Cor. 14. v. 32. 1. Theſſ. 5. v. 19. ſeq. Naturæ, rationi, humanitati*, conveniens eſt, & literarum conditioni aptiſſimum. Ac de propriâ Conſcientiâ viderint aliorum Cenſores, non de alienâ ſe inquietent. Quivis ſuum onus portabit, *Gal. 6. v. 5.* Et cujusvis opus dies demonſtrabit, *1. Cor. 3. v. 8. 13.* Tùm pretium aut ignominiam actorum deportabit. Ne ante tempus judicium præcipitent, *1. Cor. 4. v. 5.* Et humani diei judicium æſtimare minimum mihi eſt, *t. 25.* Sub orthodoxis verbis impios ſenſus me occultare, ſimiliter vana calumnia eſt, qui

ſenſus

ſenſus ex diligenti Scripturarum collatione ſedulò eruendos eſſe paſſim moneo, *p.* 1. *t.* 6. *Et P.* 3. *t.* 7. 20. 23. Ut ita ſub erutis illis nequam ſenſus latibulum eſſe non poſſit. *Quid ad fundamentum tamen attineat*, attendo, non cum quovis ſcibili in eo confuſum volo. De eo Sycophantas ut diſtinguam, nec rogem, nec curem magnoperè.

35. *V. Me generalem* tantùm fidem & profeſſionem poſtulare, in quam aliquis baptiſatus ſit, in quam omnes hæretici tandem conſentiant, ſub eaq; ſe occultent. In nullam ſectam Chriſtianum baptiſatum eſſe, eoq; non opus, ut alicui in ſpecie aliquis adhæreat, ejusq; hypotheſes aſſumat aut defendat, ſed ab omnibus abſtrahi, & in generali fide, quæ Symbolo Apoſtolico contineatur, ſiſti poſſit. *R. Generalem fidem poſtulo*, ſed cum ſufficiente ſui è Scripturâ deductione & explicatione, *t.* 20. 21. Quâ occupatâ nullus hæreticus in eam conſentiet, aut ſub eâ latere poterit, aut ſi conſentiat, hæreticus eſſe deſinit, & orthodoxus fieri incipit. Horsùm & *Photiniſta* ut redigatur, periclitamini. Ego videbo, quid præſtituri ſitis. Et ita fidem generalem requiro, ut ſpecialibus Confeſſionibus conſentire ac adhærere Chriſtianus poſſit, & ſi abſolutè *addici* ſoli DEi verbo & Symbolo Apoſtolico, in quod baptisatus eſt, debeat, *t.* 21. *Prima* cura circa antiquam fidem Chriſtianam habenda; *Poſterior* circa ſpeciales religionum differentias, ab eo, qui capax & gnarus talium eſſe poteſt. Et ab illo, qui capax eſt, longè plura in religionis negotio ſciri debere ac requiri poſſe concedo, atq; à rudi aut ſimplici Chriſtiano poſtulari debeat, neç nos infantes in doctrinâ perpetuò manere volo, ſed quotidianos progreſſus & ipſe poſtulo, dummodo *inter ſubſtantialem & abſolutam illam fidei ad ſalutem neceſſitatem, & clariorem, pleniorem, ac diſtinctiorem fidei notitiam* diſcrimen ſemper obſervetur, non invicem ea confundantur, unumvè perindè ac aliud habeatur, quæ ab antiquiſſimis Patribus perpetuò tanquam diſtincta ad noſtra usq; tempora propagata ſunt, ut alibi oſtendetur. *Conf. p.* 4. *t.* 21.

 36. VI.

VI. *Me Patres* variè detorquere, pro lubitu quosdam recipere, alios rejicere, spuria scripta pro genuinis adducere, ea, quæ corruptissima, & à sanâ fide ac verborum formâ abeuntia sint, pro orthodoxis allegare, sicq; juventutem turbare & seducere. *Hæc facilius dicuntur, quàm probantur.* Cum in materia de Trinitate cum *Photiniano* res sit, illeq; quosdam *Patres*, ut *Nicænos* & sequentes, non recipiat, necessariò, ut ex communi aliqua hypothesi cum illo more accuratæ disceptationis procedatur, ad *eos flectendum fuit, quos recipiunt, quorumq; fide stare volunt*, & qui dogma Trinitatis ut Apostolis viciniores, rectè novisse & tradidisse credibile est, quales sine dubio *anteNicæni Patres* sunt, qui proindè justè hic allegantur, & ad quorum sententiam dogma Trinitatis, quantum hos Adversarios concernit, justè revocatur. Heterodoxa autem esse, quę allegavi, inde falsi revincitur, quia consentienter pleraq; ita à primis Patribus tradita sint, unde cæteri hauserint, in quam heterodoxiam consentienter ipsos consensisse *sine gravi maculâ fidei Christianæ inustâ*, & periculo totius Ecclesię Christianę, quę ab illis dogmata illa hausit & tenuit, dici non potest, quàm communiter Theologi primis seculis puriorem, ac sequentibus, confitentur, ut *Gerhardus Meth. Theol. s. 5. C. 3.* E *s. L. C. d. Eccles. t. 204. Mislenta d. Theol. C. 3. s. 1. Berkelmann Isag. Theol. d. 2. t. 48.* Inde ad prima tempora subindè recurrit *Vinc. Lerinens. Brochmandus, Calixtus, Hutterus, aliiq;. V. t. 5.* Patres non omnes indistinctè recipimus, sed qui seculis vixerunt purioribus, ait *Weberus d. Cœna, C. 3. s. 6. t. 11.* *Calovius* ad AnteNicęnorum fidem per 3. priora secula de Trinitate contra Photinianos provocat, *parascev. c. Crellium p. 2. In exetasi fidei Patrum anteNicænorum, p. 185. seq.* Ut fortiùs eos constringat, litisq; compendium faciat. Cur mihi vitio vertatur, si antiquam fidem & simplicitatem *ex antiquißimis Patribus* contra eosdem hostes adducam, ad quam hodiernas sententias revocatas velim? Turbari autem & seduci per hęc juventutem, si ad primam ac antiquissimam fidem religionis revocentur, nil nisi livor & aperta calumnia est, justè in tales retorquenda, qui specie Institutionum Theologicarum juventuti imponunt, & ferè meras Helmstadiensium ac Regiomontanorum Theologorum invectivas proponunt, sicq; corvos hin-

es

seludunt, quibus famelicis umbellæ pro cibis ſuppedi-ntur. *Quosdam Patres* autem rejiciendi, ut poſteriores, ſta cauſa eſt, cum *ad Antiquiſſimorum* ſententiam provo-tur, & de illis judicium conſtitui intenditur, ut in ar-imento de *Trinitate* contra Photinianum neceſſe eſt. De uriis Patrum ſcriptis *t. 13.* viſum, & in magni no-inis Theologos Lutheranos injurioſum id eſt.

37. VII. *Meum conciliandi modum* talem eſſe, ut in eum velut in ntinam omnes hæreſes confluere, eoq; ſe obtegere queant, por-mq; tandem ad Atheiſmum eo aperiri. *Sed nil niſi* crudam calu-niam in priſcam illam Apoſtolicam fidem ac piſcatoriam ſimpli-tatem, toties *Luthero, Chemnitio, Mentzero, Meyfarto*, commen-atam, extremè injuriam hoc eſſe ex *part. 1. Iren. def. t. 6. Et hic p. t. 20. 21. 24. ſeq.* patere poteſt. Et dum explicationes è Scripturâ mendas ſimul adjicio, latibulum hęreſib. univerſis jam pręſcin-), *t. 29. 34.* Nec DEi verbum hæreſium latibulum eſt, cum uni-m in credendis ſenſum illud obtineat; ſi juſtâ collatione in ge-uinum inquiratur, non varios promat, ſub quibus varij errores ſe tegant, *t. 20.* Nec ſtatim cum omnibus Syncretiſmum ineun-m dico, ſed inprimis ut in fundamentalibus conſentiatur, labo-ndum ſuadeo: Cœtera non ob id neganda dico, cùm interdùm omentoſa eſſe queant, & ſi in omnibus ſpecialibus determinati-ibus ut conſentiatur, non neceſſarium eſſe dixi, *t. 26. 27.* II. *Sub iſtis generalitatibus*, Varia hic occurrere ſuperflua, certa, authoritatibus tantùm nixa, Multa hic ſciri non ſſe, multa inter arcana cœli referenda, quædam à fide ſecanda, omnes hęreſes latere poſſe, & quæſtiones ſu-, quas nobiſcum habent, extenuare, per quod ingens bor in Theologicis occupatus velut inanis irrideatur: *At-i determinentur generalia*, quænam & quot ea, ſenſusq; rum è Sacris juſtè eruatur, & ſuperflua iſta, incerta, in-gnita, arcanis cœli inſerenda, à fide reſecanda, nomi-ntur, & patebit, *quæ & qualia ea ſint*, quòd fides illis ca-re poſſit, & quòd ad aliam uberiorem ſcientiam pertine-t, quàm quæ ad fundamentalem fidei neceſſitatem etiam iotis non denegandam requiri poſſit, *V. t. 23.* Et quòd er-

ronea

torea ista aut talia non sint, quæ ab hæreticis hic latere vo
lentibus proponuntur, sed longè alia, quæ in ipso *Irenico* ja
nominata, *t.* 5. Et sic nulla hæresis sub illis latere possi
Nam necessaria contra hæreticos defendenda hic sub illis in
telligi, nihil necesse est. *Conf. t.* 35. Aut ad fidem non spectan
Et in Scholasticâ Theologiâ infinita superflua, incerta, hic ne qui
quam decidenda similiaq; intercurrere, qui neget, Scriptoru
istorum prorsùs rudem & ignarum se ostendat. Si necessum, *Cat*
logus talium benè longus texi possit, & ex solis *Michaëlbius* me
bona pars patere queat, Unde plurima ut curiosa resect
& sciri negata. *Conf. t.* 23. 27. De necessariis quæstionibus hæ
intelligi nihil attinet. Et quasdam determinationes moment
fas esse *t.* 27. patuit, quas hic notare etiam non at
net.

38. IX. *Pro suggestu* etiam mea sententia de Trin
tate, multa in eâ *ἄῤῥητα* ac inter arcana cœli referenda es
V. Irenic. t. 5. *Et defens. p.* 1. *t.* 2. 3. ita detorta aliquando,
quis verus ille DEUS sit, in cœlo demùm nobis disce
dum, non in hac terrâ cognoscendum sit, sensum e
esse propositum sit, quâ quidem, ambigo, an atroci
perversio sententiæ ab ipso Sathanâ occupari quivisset, a
Zabolos pervertendi arte superare voluptas hominibus
Quis verus ille DEUS, hic nobis discendum, & sine
nulla salus, *Johan.* 17. *v.* 3. Eoq; clarissimè in N.
revelatum, *Johan.* 1. 4. 17. 20. *Rom.* 9. 1. *Cor.* 8.
Cor. 1. *Gal.* 1. *Ephes.* 1. *Hebr.* 1. Et passim. Sed c
id novimus, varia de DEO quærere, conjicere, ut *Ju*
nus loquitur, scrutari, & discutere queamus, in quil
verè multa *ἄῤῥητα* & ad cœlestem Academiam referen
intercurrent, quod præcipui *Patres & Theologi* mecum se
tiunt, *t.* 24. Quod & in aliis mysteriis evenire *c.*
ostensum. *Similiter & aliorum* de notitiâ Trinitatis
V. T. Ut meritissimi Theologi, *Calixti*, & qui eum
quuntur, sententiam ita adduci sæpè audii, quasi
lud mysterium Veteribus prorsùs incognitum fuerit,

Patri-

Patriarchæ velut AChriſtiani in fide egerint: Cum *de rudi vulgo*, non Patriarchis, Prophetis, aut Doctoribus ſub V. T. quibus identidem DEUS ſe revelavit, & quibuscum locutus eſt, ac notitiâ communi in vulgus ſparsâ propriè id ſentiant, quod ab eo, quo proponitur, prorsùs diverſum eſſe, qui non videat, cœcum aut malitiosum Sycophantam eſſe oporteat. *Nec* ut rem de fide aut prorsùs neceſſariam, ſed ut probabilem ſententiam id tenent, *Patrum* quorundam ac magnorum Scriptorum authoritate aliisq; congruentiis nixam, Et cujus oppoſitum non præcisè damnatum aut exterminatum velint, ſed etiam probabile ſentiant. *Similia* in alijs materijs deprehendi, *quales modos procedendi in Theologicis ego probare non poſſum*, qui candorem maximè Theologos decere arbitror, ut *Lib. d. fide Chriſt.* pleniùs oſtendam.

39. *Atq; hæc ſunt*, quæ ut dubia contra *Irenicum* accepta ſunt, aut accipi potuerunt. Reliqua, quæ moventur, contra *alia Scripta*, & quædam nondùm edita, ſunt, ſic enim in mea involatum fuit: Et vix matulâ digna ſunt. Multa inſpecta ſeipſa defendent. Ubi ad Theologica disceptanda progreſſus fuero, ſuo tempore ut defenſionem & illa ſortiantur, curari poterit. Nec enim eorum me pudet. Quædam & ex *parte 4. Iren.* defenſi, *& Corollariis Curſui Philoſophico ſubjunctis* patere poterunt. Moleſtus aliàs labor eſt ineptiarum; & perpetuò nugamentis Sycophantarum occupari, tædioſum eſt. Si inſignis edendi occaſio ſe mihi obfundat, quæ in hac Pruſſide oppidò dura & rara invenitur, ut Irenicum totamq; ejus defenſionem novâ editione ad typum ſuo ſumptu promotor publico dare conſtituat, à capite ad calcem *Irenicum* eviſcerare poſſim, adjectis omnibus rationibus, Cur ſic ſcripſerim, objectis

 ac mo-

ac motivis, quorsùm reſpexerim, ſubjectis & ſcriptis, in quæ intenderim, finibus, quorsùm collimârim, Circumſtantijs, quas notârim, vitijs, quæ ex univerſis ſectis & religionibus intellexerim, proceſſibus, quos deſtinaverim, alijsq; requiſitis, de quibus poſtulârim, ut palàm omnibus fieret, nihil ſiniſtri à me intentum, nihil abſurdi aut impij collocatum, nihil de DEI veritate conceſſum, ſed religiosè eam obſervatam, & ad *priſcam illam Apoſtolorum puritatem, ſimplicitatem, ſoliditatem*, perpetuò mihi reſpectum fuiſſe, Vtcunq; unum alterumvè conſilium modos quosdam procedendi in Theologicis reprehendere videatur: *Litium verò Compendium magis, quàm diſpendium* intendere ac repræſentare omninò deſtinaviſſe. Hoc multa dies & ratio ac occaſio aliquando præſtare poterit.

Nunc Coronis eſſe poteſt, & ſtro-
phas oppugnandi cum
DEO Finis.

GLORIA IN EXCELSIS DEO.

Aucta

Auctarium.

Part. I. Irenici defensi t. 3. de *Ario & Arianis* quædam dicta, qualisnam sententiæ fuerint? Jllis hoc addi queat. *Ariani* etiam carnem CHRISTI prorsùs animæ expertem fuisse dixerunt, Inde *Apollinarius* animam quidem, sed mentem eum non habuisse dixit, sed verbum ei pro mente fuisse, ut *Theodorus Rhetensis lib. c. hæres. in Apollinar.* refert. Si sic senserunt, nemo etiam *Photinianorum* hodiernorum ipsis consentiat.







Irenicum defenſum adverſus iniquum & ſtolidum aliquam Cenſuram.

Quod velut Pars IV. & ultima eſſe poteſt.

INter *omnia* eſſe debuit, cui reſponderem, *Cenſura quadam* primò omnium enim, quod ſciam, contra Irenicum meum ſarcinata fuit. Sed ultimò ad manus meas ab extero loco delata, cum, ubi degebam, nulla nanciſcendi ocaſio eſſet, quod clam & ſecretò omnia gererentur, & multa in præcedentibus, jam dicta, unde & hæc ſolutionem habere debeant. Quare iſta ad rem allegabo, nec refutandis illis peculiari labore opus, quæ *ex ante dictis* ſatis diſſolvi poſſunt.

2. *Principiò* ſtatim aculeata verba egeruntur, quæ virulentiam animi in *Cenſore* arguunt. Quod evolare proprio arbitratu tempore hoc ſolicitam circumſpectionem poſtulante ſcriptum juſſerim, cui dulce *Irenici* nomen præfixerim. Pro evolare rectius edere aut in publicum mittere poſuiſſet, ſi modeſtè & Theologicè agere voluiſſet. Quod per virus incoctum impoſtori non licuit. De proptio arbitratu ex *p. 1. 4.4. Iren.* defenſi conſtare poteſt, unde repetat. Etiam *Nicolaus Hunnius. An. 1632. conſultationem de diſsidijs religionis componendis* proprio arbitratu, ut ex dedicatione conſtat, edidit, nec â quoquam id vitio ei verſum. Item alij, *ut Thom. Haijne & Hottonus, Angli, Pareus, Ludouicq, Crocius, Conr. Bergius, Meijfartus Himmelius* fecerunt, nec alterius arbitratum in ſcribendo, qui ſui juris eſt, expectare tenetur, *V. C. L.* Acerba etiam omnis homini ingenuo ſervitus eſſe ſolet, de dulci *Irenici nomine* fruſtra cenſor tricatur, *ſive* rem ipſam, *ſive* meam intentionem. *ſ.* DEI conſilium & eventum, qui melior, ac ipſe

 cupi-

cupiat, eſſe poteſt, *ſivè* multorum Chriſtianorum vota reſpiciat, quibus omnibus & res & nomen rei meritò dulce eſt, omnium ratione *Irenicum* dici meretur. Quæ poſtea de intentione, recogitandi cauſis, condolentia ſuâ, ad meipſum reverſione, ſimilibusq; addit, magnam partem aliena ſunt & ſtultitiam hominis arguunt. Condolentia facto ſcribti contraria eſt, quod ſæpe acerbis verbis me inſectatur, *ut t. 2* patebit. Recogitandi cauſæ ubi fuerint, in *Concluſione Irenici* jam ipſe recogitare promiſi. Nec enim ipſi mihi ſuffenus ſum, & quotidie mea lambendo perficere ſoleo, ut ſecundæ quorundam ſcriptorum editiones, ubi edendi occaſio fuerit, docebunt. Sed in *hac Cenſurâ* nullam ſolidam extare cauſam progreſſus docebit. Veram Chriſti Eccleſiam ſcripro iſto lædere nequivi, cum media ad pacem & minuendas controverſias quærere Eccleſiæ ſalutare, non noxium ſit, ac â plurimis id deſiderari ſciam, â multis occupari voveam. V. p. 1. t. 5. Falſas Eccleſias, ſi læſerim, non multum intereſt.

3. Tandem *quatuor ſe* tractaturam *Cenſura* promittit, 1. *ſcopum*, 2. *media producta*, & quàm temere nimis evagatus fuerim 3. *Primarium fundamentum*. 4. *Quis eventus* metuendus? *Scopum* dicit religiones conciliare ad priſcam fidem & antiquiſſima ſecula omnia reducendo. *Verum* hæc diſtinctius proponi ſatius eſt. Religiones conciliare propriè *ſcopus eſt*: ad antiquiſſima ſecula revocare *medium ad ſcopum*, non ſcopus eſt, ut inſpectio Irenici docet. In quo etiam longè alia methodus ſervata, ut ab impedimentorum remotione, ad mediorum adhibitionem proceſſum ſit, quem proceſſum ſequi utile fuiſſet, non confusè omnia congerere, & Babelem aliquam, prout *de Irenico* minime Babylonico, ſed verè Chriſtiano, ſycophanta loquitur, introducere. *Deinde ad antiquiſſima tempora & 300. primos annos omnia revocare ſaltum nimis magnum ait, ipſa ſecula mutata eſſe, multoq; plura diſceptata, explicata, inquiſita, deducta*, quæ præcedentibus ſeculis non ita deducta fuerint. Ut de divinitate Chriſti, unione perſonali, libero arbitrio: nullum ſeculum præcedenti perfectionem talem concedere, non ſimul omnia agi, aut ad ſufficientiam in punctis ſpecialibus deduci potuiſſe, ſed ut occaſio per diverſa tempora tulerit. *Juſtè concludi*; quod per annos 300 conſentienter creditum

ditum & defensum, in fide rectum est: Sed non contrà: quid in speciali doctrinæ capite ibi non invenitur, rectum aut necessarium non est. R. *In his hominibus ipsa necessaria fidei Christianæ substantia omni credenti necessaria, cum pleniore, diffusiore, aut distinctiore rerum spiritualium notitia confunditur.* Ipsa substantia, sine qua salvari non datur, omnibus seculis eadem fuit, secus salvari non potuissent homines, si ad salutem non sufficiens illa fuisset, aut prima secula fidem ad salutem sufficientem non habuissent, quod absurdum. Et hoc apud antiquissimos Patres reperitur. Plenior spiritualium notitia, probatio, inquisitio, deductio, explanatio, varijs seculis successit, *partim* adversariorum occasione, *partim*, variâ scripturæ inquisitione, & ipsam fidei substantiam non præcisè facit, sed diffusiorem & accuratiorem spiritualium notitiam, quæ interdum in simplici Christiano non est, cui ob id ipsa fides non derogatur. Et digna aliquod, ut de Christo, Deo & homine, si ad fidem simpliciter necessarium est, omnibus temporibus notum, receptum & retentum fuit, & in primis *Patribus* reperitur, etsi elaboratio, explicatio, deductio & probatio ejus major futuris seculis ob adversarios magis succedere potuerit. Si declaratio obscura aut nimis laxa & secura, aut utrisque dissidentibus communis, aut heterodoxis favens, apud primos Patres reperitur, vix in puncto fidei, substantiali ea erit, & indicio erit, *primos Patres* simplicius fidem æstimavisse, quàm ut in nimis tricosas ac diffusas disceptationes eam immergerent, ut sequentia secula fecerunt. Simul omnia uno seculo peragi in Theologicis non potuisse fateor, sed de substantia fidei Christianæ id intelligendum nego, verum majore profectu & notitiâ, quæ singulis seculis crescere potuit, ut substantia fidei à principio ad finem eadem permanserit. Æquè enim Christiana fides in necessarijs punctis tota primo seculo fuit, ac sequentibus, etsi in his plures quæstiones & controversiæ successerint. Hæc quia *libris & fide Christianâ* l. 1. deducta, in se pleniùs desumi poterunt, & probationem habebunt.

4. Illa autem sequela quod in speciali doctrinæ capite apud Patres 300. seculorum non reperitur, rectum autem necessarium non est, distinguenda est, si enim necessitas absoluta ad i-

pſam fidei ſubſtantiam pertinens, intelligatur, vera eſt, & ſic concipienda, *id ad abſolutam fidei chriſtianæ ſubſtantiam neceſſarium non eſt, quantumvis in ſe rectum verumq; eſſe poßit.* Hæc enim quia abſolutè ad ſalutem neceſſaria, omnibus ſeculis communis eſſe debuit, ſecus ſalvari non licuiſſet. Sic DEUM creatorem cœli & terræ eſſe abſolutè neceſſarium eoq; nullo ſeculo ignoratum fuit. Angelos cum mundo, non ante eum, ut multi *Patres* ſtatuerunt, ut *in Michaël*t. 10 docui, conditos eſſe ſpecialior eſt determinatio, eoq; aliquando ignorari, aliquando diverſimodè conſtitui potuit, ut ex hiſtoriâ ſeculorum Chriſtianiſmi patet. *De recto aut vero planè non ita inferendum eſt.* Succeſſu enim temporum multa ex ſcripturis verè erui poſſunt, quæ veriſſima erunt, & contra præfractos negantes ut vera juſtè defenderentur, etiamſi quibusdam temporibus ignorata fuerint, & ſic ad ipſam fidei ſubſtantiam propriè loquendo non pertinuerint. Qualia ſunt, quæ contra Purgatorium, Oecumenicum Papæ Epiſcopatum, Chriſti Vicariatum, Indulgentias Eccleſiæ, & ſimilia diſputantur, quæ in fidei ſubſtantia nunquam verè fuerunt, & negativè tamen, quod nulla ſint, veriſſimè conſtituuntur.

5. *Sed nec iſta conſequentia, quicquid Eccleſia ad præſcriptum DEI Verbi unanimiter docuit tenuitq;, cumprimis inter procellas diſputationum, id* pro dogmate fidei recipiendum, valet, ſi de ſubſtantiali & abſolutè neceſſariò dogmate intelligatur. Potuit enim punctum ad pleniorem & diſtinctiorem notititiam pertinens eſſe, ab adverſario autem motum, & arreptum, & impugnatum & negatum, ubi oppoſitum ejus ab Eccleſia ut verum unanimiter receptum & defenſum fuit, etiamſi aliàs ipſa fidei ſubſtantia tali puncto abſolutè carere potuiſſet, & ſimplex Chriſtianus multa ejus ignorat, ut neceſſariam tamen fidei ſubſtantiam teneat. Ita contra *Severianos* vites ex coitu Sathanæ cum terra exortas dicentes circa an. 190. unanimiter ab eccleſia contrarium receptum & defenſum eſt. Contra *Saturnianos* matrimonium damnantes circa an. 130. unanimiter oppoſitum defenſum, ut ex Epiphanio Euſebio, Tertull. patet, nec tamen puncta de vitibꝰ aut matrimonio ad ſubſtantiam fidei præciſè pertinebunt. De ſaltu nimis magno ad 300. Secula recurrendi quod additur, in ipſa fidei ſub-

substantiâ pensitandâ omninò necessum est. Quò propius ad fontes, eò purior aqua: Quo propius ad Apostolorum secula decurritur, eò purior fides. Id verissimum, quod antiquissimum & primævum, *ut Patres & Theologi* magno consensu fateri & ipsi urgere solent, ut *libris citatis* ostendam. Mysterium iniquitatis jam Apostolorum tempore parturire cepit, *2. Thes. 2.* Quis ad 600, aut plura secula puritatem adstringat? Aliàs profectum majorem & jus Theologicas materias dignoscendi ac discutiendi nulli seculo quisquam negat, cum in infinitum eæ disceptari queant. Sed *aliud est* fides christiana in necessaria sui substantia considerata, quæ perpetuo eadem, aliud discussio materiarum Theologicarum, quæ in infinitum crescere, eoq; semper major profectus homini immitti potest. Quæ quia distinguere non novit *Censor*, perpetuâ confusione semet ipsum intorquet. Quod pro simplicitate ruditatem introduci docet, calumniatorem agit, reosq; *Apostolos ipsos ac antiquißimos patres* & præstantissimos ex ipsis Lutheranis Theologos, ut *Lutherum, Mentzerum, Meyfartum, Arndtium aliosq;* facit, qui simplicem fidem & obtulerunt populo, & eâ contenti fuerunt, Ut c. l. c. 2, 3. deducam. Si unum DEI & hominum mediatorem hominem Jes. Christ. esse dixerunt. 1. Timoth. 2. An secundum humanitatem, an Deitatem, an utramq; fuerit, quod hodie disceptamus, non addiderunt, nec à plebe requisierunt, generali isto in fide contenti, in quo fides sistere possit, ut cætera ad Scholas, Viros doctos, & determinationes & disceptiones justè remittas. Et quod *Censor* saltum hunc nimis magnum esse ait, ruditatem suam prodit, *ignorans regulam in multis disciplinis utilem, Interitus rei arcetur per reductionem ejus ad principia.* Quæ & in *Physicis* obtinet, & *egregijs chymicorum* operationibus demonstratur, ac quam in politicis rectè observavit Machiavellus, cum ea, quæ interitum Rerumpubl. maximè prohibent, nihil aliud ferè sint, quàm reformatio earum & reductio ad antiquos mores; Et inter transcendentia, ut vocat, bene adduxit *Verulamius*. Hoc modo Lutherus Papatum evertit, ad antiquam Christianam religionem revocando, superstitiones à Papatu invectas abolendo, & errores detegendo. Hoc modo Christus antiquam religionem reduxit, & à scorijs Pharisæorum repurgavit.

6. Disputationes veterum quod attinet, ostendam. c. l. quomodo ipsi Patres inter illas & fidem distinxerint. Quod discrimen si observetur, & ego, quod intendam, habuero, & longè meliùs in multis se Ecclesia habuerit. Nec enim fides est, omnes disceptationes novisse, sed longè aliud quid. Et qui negat aliquid, per disceptationes jure revinci potest. Verum est *Basilij* dictum, divinis literis innutritos nullam syllabam in discrimen venire pati posse, sed potius mortem subire, sed mihi nihil contra venit. Veritas verbi DEI ubiq; tenenda & defendenda, nusquam neganda est, & de ea nihil concedendum, sed pro veritate ad mortem usq; decertandum, *Sirach 4. v. 33.* Sed aliud Veritas Verbi, aliud fidei substantia paucis necessarijs punctis comprehensa, ut tàm idiotis quàm doctis conveniat. Qui aliquam partem Veritatis Verbi aut Theologicam negat vel labefactat, contra eum illa omnibus modis defendenda est. Sic si quis historiam Jonæ, Josiæ, Hiskiæ, Eliæ, neget aut in dubium vocet: sed tamen non quævis veritas Verbi statim fundamentalis articulus fidei christianæ est, quo illa ut fundamentó nititur, de quo jam quæritur, quod discrimen c. l. apertè statuminabitur. Ubiq; veritas sectanda; Cum nullius errore scienter prudenterq; in Theologicis communicandum est, sive fundamentalis ille, sive minus: Sed non tamen omnis veritas ad fundamentum fidei pertinet. Potest veritas aliqua non fundamentalis esse. Si tamen negetur, defendi debet. Et hoc justè *Apostoli ac Patres* in multis fecerunt, & Theologi hodie faciunt. Ita omnia *Censor* iste confundit. Pluribus c. l. ista patebunt.

7. *Progreditur secundò Censor* ad examen mediorum tam ad colloquium, quàm conciliationem, & prolixè repetit, *quæ. t. 6. Irenici & t. 6. & 15. delineationis adducta sunt.* Ac adversus illa sequentia producit, quæ ordine resolvenda 1. *nihil novæ sapientiæ hic promitur, in applicatione regularum & quà facilem processum idem labor manebit,* qui in disputationibus fuit. Et sic elenchticè ac disputatoriè procedendum erit, sic Irenicum totum ruiturum est, antiquus rixandi modus retinebitur, Adversarij nil remittent, nisi ostenso, verum a. falsum, tricosum, non necessum, fri-

volum aut calumniam esse, *Papistæ* plerique Missam propriè sacrificium docent, de cæteris nihil remissuri sunt, prius Roma corruitura est; R. *Novare sapientiam hic requirere novaturientis est animi.* Satis est, si antiquam reduci & applicari detur. Etiam *nova* hic intercurrere post patebit. Et ipse Censor fateri cogitur. V. t. 21. Eundem cum usitato processu laborem mansurum falsum est, Multum n. Compendij hic luctabimur. *Ostenso*; rem aliquam novam esse, est ad fidem non pertinere, ut Missam, Papæ regimen, Purgatorium, Indulgentias, nihil opus de ea tanto fervore ac apparatu in Theologicis disceptare, ac hactenus factum. Et sic magna rixarum pars in spongiam incumbet. *Deducto*, rem tanti momenti non esse, ut ipsam fidei Christianæ substantiam attingat; etiamsi alias sciri debeat, & non negari, prudentiùs & moderatiùs disputatio de ea occupabitur, & opposita sententia faciliùs tolerabitur: *Ostenso*, inter extrema medium inveniri ex Scripturę phrasi & sensu posse, facilior partiū coalitio futura, ubi in medium istud consenserint: *Monstrato*, quædam calumniosa aut homonymis vocum nixa intercurrere, partes controvertentes, si prudentes esse velint, faciliùs de moderandis illis ac tollendis cogitabunt, sicque faciliùs ad discisionem aliquam pervenietur: *Palàm facto*, fundamentalia fidei puncta longè generaliora esse, quam ut ad tàm speciales determinationes, super quibus sæpius controversiæ occurrunt astringi debeant, facilior partium ad fundamenta reductio futura est. Imo videatur *totus liber 2. de fide Christianâ*, ubi editus fuerit, quomodo ex talibus medijs longè faciliùs ad conciliationem aliquam procedi queat, ac hactenus communiter fieri potuit. Quod disputationes & Elenchtica manebunt, nihil obest, nec *Irenicū disputationes abolet*, sed meliore modo, fine & fructu occupandas svadet eoque media & consilia sufficit. Et hic nova quædam intercurrere *Censor*, velit, nolit, concedere cogetur. Quis enim ante me tam distinctè ista proposuit? quanquam summa tantùm Capita *in Irenico* expressa. Meliùs ac dilucidius *Libri de fide Christianâ* rem deducent, & exemplis ob oculos statuent, ut negari Veritas ac salubritas mediorum non possit. Plerosque *Papistas* limites transilire etiam non obest. Satis, *si moderatiores ac prudentiores eorum*, ad nostram

for-

formam se componant. Sic enim non omnium eam sententiam esse solidè constabit, & aliquid profectò pro nobis lucrati erimus, Quosdam nempe Veritatem videre, eamq; publicè profiteri. Nisi frustra tanto studio *Adversantium testimonia* in Theologicis conquiri & adduci dixeris, quod insulsum dictu erit, cum varium usum istud importet, ut alibi dicetur. Contr. t. 17.

8. 11. *Quinam libri isti Christiani & Censores futuri, Quis eligest. lustrabit, illorum decisionibus stare, Apostolico symbolo acquiescere faciet, & ad illud, hic sistendum, adiget?* R. *DEUS* tales Christianos excitabit, Pius magistratus inquiret, Amor DEI, Veritatis, simplicitatis, Ecclesiæ Christianæ salus impellet, scissura Ecclesiarum Christianarum commovebit, conscientia propria stimulabit, & prudentia Christiana suggeret & docebit, & Christianæ fidei indoles ac bona christianismi ratio, in quam universi baptizati sumus, inclinabit. *Cujusvis christiani est*, DEI veritatem omnibus sectis & authoritatibus præferre. Quorsum qui non inclinat, Christiani nomine indignus est *p.3.4.2.1.* Adstandum ac acquiescendum *in fide*, non autem in disceptationib9 Theologorum, quod totum dissimulat *Censor*, *ipsa prima religionis Christianæ principia, Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris, quod vis, alteri etiam præstiteris*, dabit Deus unicuiq; secundùm opera sua, bona aut mala, Deus ipsa essentialis sanctitas, bonitas, justitiâ & unitas est, eoq; pacis Deus non discordiæ est, ipsa aperta causæ æquitas, decisionum Veritas, principiorum generalitas, manifesta rei ostensio, *aliæq; Christianismi convenientiæ adigent*, quas qui admittere recusârit, parum Christiani in pectore se gerere ostendet. Sint discussores Theologicorum tales, quales in *Basileensi* synodo statuti, Ut p. 12. Iren. adduxi. & de peculiari adactione non cogitandum erit. Quivis bonus Christianus tàm moderatis medijs & Censoribus spontè acquiescet. *V.p.t.q.* *Censor* fortè cum sui similibus acquiescere non habebit, qui in æternum rixari poterit. Nec hodie deerunt ejusmodi libertatis Viri, qui negotio apti. *Calixtum* talem esse ex scriptis video, Duræus extra partes se esse & esse velle profitetur *in informat.p.84.Meyfart.* fuisset, si supervixisset, & de *Menzero.6.m.* simile quid sperare audeo. *Me* in simili esse gaudeo nec pœnitere habeo. Vide quid in simili consulat *Danhaver. syncre. detect.5.5.t.20*

§. III. *In loquendo & docendo scripturæ tantum phrasibus adhærere nec observatum unquam, nec observari potuit, nec author ipse observavit.* Nam, pro, Panis est communicatio corporis Christi, substituit, Panis fractio & distributio est corpor, Christi. co. unde suum, id est, accipit? cur non propriæ legi, Hic sistendum, paret. *Non Calvinistæ, Papistæ, Socinistæ* suum id est, hic largientur. Cum phrasis in dubium vocatur, & de sensu disceptatur, apud phrasin eandem sisti posse absonum est. Sic credidit Abr. Deo, & reputatum est ei ad justitiam. Panis est com, corp. Christi &c. De sensu lis erit, quomodo lis ista sistendo apud verba componetur? *R. Falsum, nunquam illud observatum.* Patres sæpius observarunt, ac præstantes Theologi observari svaserunt, Non relictus hominum eloquijs de DEI rebus alius, præterquam DEI Sermo, ait *Hilarius*. Mentzerus sæpius ad idem provocat, Necessitas rei & eminentia Divinorum id postulat, Ut L. 1. de fid. Christ. c. 6. ostendam. *Fides* omnibus phrasibus humanis prior est, eoq; illis non eget. Me non observasse similiter falsum est. Nec Paulus simpliciter dicit, Panis est communicatio corporis Christi, sed addit, quem *frangimus*, quod idem est, ac panis fractio & distributio est corporis Christi communicatio. Et sic ex ipsis verbis Pauli phrasin meam habeo, sensus enim verborum alius esse non potest. V. p. 2. Densens. f. v. Ac ex Lutheranis eum hausi. Panis quem fr. hoc est, Panis Eucharistic⁹ fractus & distributus est corporis Christi κοινωνία, ait *Gerhardus L. C. d. com. t. 111.* Panis benedicti fractio est 10. Ch. communicatio, teste Paulo, ait *Gravenus append. art. 13. in Aug. conf. p. 273.* subjectum in verbis Pauli est Panis fractus. Hunc solum Paulus κοινωνίαν cor. Ch. vocat, ait *Stegmannus d. 49. Phot. q. 2. Mylius in 1. cor. 10.* Dominicam prædicationem vocat, Panis benedictus & fractus est corp. Christi, ibidemq; de benedicto & fracto, hoc est, distributo pane dicit Apost. quod corporis Christi communicatio sit, *p. 228.* Similia *Affelman. de dicto 1. cor. 10. t. 16.* habet. Adversarios autem convincam, Ut sensum illum esse largiri cogantur. Cum de sensu phrasios disceptatur, ex collatione similium locorum scripturæ, consideratione vocum, phrasium, emphasios, verâ vocum significatione alijsq; interpretandi medijs, quæ apud

Flacium, Finckium, Gerhardum, VValtherum, Glaßium aliosq́; passim inculcantur, litem expedire facilè erit. Nihil enim de difficultatibus istis eruitur, quod non alibi planissimè scribtum inveniatur. Ac si quid obscurius, abundè Spiritus S. se alijs in locis explicat, si de necessario ad fidem puncto sit, ut contra *Papistas* obscuritatem & imperfectionem scripturæ prætendentes ipsi urgere solemus. Sic, reputatum est ei ad justitiam *Rom. 4. v. 3.* H. e. Fides ejus reputata est ei in justitiam. *v. 9.* Ut & nobis. v. 5. & Phil. 3. v. 9. Hic sensus satis planus est, & apertis scripturæ verbis nititur.

10. IV. *Et istâ viâ, scripturam aliò loquendi modo uti, nil obtinebitur.* Eadem n. varietas accuratam sensus inquisitionem impingit. R. *scripturæ loquendi modus* loquendi modis humanis *in Irenico. t. 13.* opponitur, non varietati aut sensus inquisitioni, qui conferendo ipsas scripturæ phrases alijs locis propositas, quarum una alterâ clarior, amplior, plenior, & accomodatior esse potest, eruendus erit, & sic ad unitatem tandem sensus facile res redigetur, si nos Christiano animo eum inquisiverimus. *Et hoc obtinebitur hic*, ut verba DEI rectè eruere, sensum adipisci, humanis formulis præferre, & interiorem illum suavitatis gustum in Dei verbis residentem, qui non est in hominum, percipere & æstimare condiscamus. V. *Ad scholas remitti intempestivum erit. Ad fidem enim ipsam exigua notitia opus est.* Cætera frivola, curiosa, vana, evitanda, quorum consilium de scholis, rixarum officinis? nisi fortè, quid necessarium aut secus sit, ibi emendum. At hoc symbolum Apostolicum jam docet: aut admittendæ insuper speciales determinationes, quas odit. R. *Hic merum sycophantam & calumniatorem Censor agit.* Scholæ *explicat. deductionem, probationem & defensionẽ de rebus fidei* suppeditabunt. Scripturæ sensum eruere, eamq́ ritè interpretari docebunt, interpretandi media sufficient, si quid controversum, decidendi modos monstrabunt; ideò consulendæ, non ut fidem haurias, quæ Dei opus est, *Joh. 6. v. 29.* Colos. 2. v. 12. nec â Scholis aut hominibus impetrabitur. Quædam discuntur ad fidem, & hæc brevibus ac simplicibus punctis comprehenduntur: *Alia* ad uberiorem & distinctiorem rerum fidei notitiam, explicationem, defensionem, & probationem

& hic

& hic Scholarum usus magnus & insignis esse potest. Sed hoc non omnium fidelium est, sed provectiorum aut Doctorum inter fideles: *Ipsa fides* omnibus fidelibus communis esse cogitur, secus non salvantur. Nec ego cætera, quæ ad ipsam fidei necessitatem non faciunt, statim vana, frivola, curiosa, vitanda, dixi, ut calumniosè adducit *Censor*. Sed *inter alia advertendum dixi, Annon quæstiones frivolæ, rixosæ,* & in hac vitâ specialiter inextricabiles occurrant, quas satius fugere, quàm in illis laborare sit, 1. *Timot.* 6. 2. Tim: 2. &c: Intelligens multas scholasticorum minutias & tricositates, de quibus etiam nonnulla *in libr. d. fid. Christ.* dicentur, non ea, quæ ad meliorem rerum fidei pro provectioribus notitiam, probationem, & defensionem faciunt, quorsum iste detorquere vult. Fides ipsa in exiguâ notitiâ consistere potest: Sed quæ de distinctius noscendâ fide adultiores novisse possunt, multum scholarum ministeriô haurire possunt. Et hic probæ scholæ non rixarum officinæ, sed Theologicarum materiarum expositores & defensores erunt. Speciales determinationes in scripturis satis clarè contentę omninò admittendæ ab eo, qui per ætatem & ingenium assequi potest, non reprobandę, omnium minimè impugnandę aut negandę; Cui n. multum datum, ab eo multum reposcetur,t. Absolutè tamen ad fidem non pertinere infantum, puerorum, puellarum, idiotarum aliorumq; qui nonnullas interdum ignorant, exempla docere queant, ut *alibi* ostendi.

11. VI. *Et speciales determinationes ab ipsâ fidei substantiâ rescindi non possunt, & scriptura hinc inde eas inspergit.* Hic Paulus justificationem determinat, quod gratis fiat, non imputando peccata, non per opera, *Rom.* 5. 4. 5. 2. *Cor.* 2. *Gal.* 23. Symbolum hic non sufficit, & multa de eo à Socinistis disputantur, an ab Apostolis sit, an ab initio omnes statim articulos complexum sit, & determinationes tamen non excludit. Sic articulus de Deo doctrinam de attributis Divinis & providentiâ, de Christo finem passionis & resurrectionis, justificationem nostram includit. Tertius Catholicam Ecclesiam exprimit. sed risu dignus author est, cum adæquatas notas ignorari posse ait. Hoc est. Ut credatur ecclesia, & quid sit, ubi sit, quibus privilegiis gaudeat, igno-

retur. Remissio peccatorum exprimitur & vita æterna, sed non an gratuita ea, an meritoria, additur. De sacramentis ibi nihil, nulla concertatio cum *Ario*, *Nestorio* aliisq; hâc generalitate decidi potuit. *Paulus* non volens circumcidendas gentes nihil hic subsidij speravit. R. *Si speciales determinationes ad ipsam fidei substantiam pertinent, fidelibus in universum sciri debebunt*, substantia enim fidei omni credenti communis esse debet, & sine ea salvari non datur, *t. 25*. At posterius falsissimum est, & ab *Censore* concedi cogitur, non omnibus ea nota esse, ac experientiâ teste verum ostenditur. V. t. 25. Itaq; aliud substantia fidei erit, aliud substantiæ illius amplior explicatio & deductio, quam adultus ex scripturâ formare potest, & tenere debet. Fides in symbolo est: Sed explicatio & deductio ejus ex scriptura ab eo, qui plenioris intellectus & capacitatis est, eruenda est. *Sic dogma de attributis divinis è* scriptura hauriendum. Sed ad majorem profectum in fide pertinet. Simplici substantiæ fidei Apostoli satis censuerunt, *Deum omnipotentem Creatorem cœli & terræ esse*. Et horum distinctam cognitionem infantes, pueros ac puellas babtizatas non habere certum est, quos tamen damnationi ob id addicere nemo audet. Finem passionis & resurrectionis Christi scire ad distinctam notitiam pertinet, quæ ex scriptura haurienda.

12. Quod Paulus justificationem determinat, adultis facit, qui capere poterant & debebant, à quibus & nos determinationes quasdam requirimus. *Sed aliud* est, ex professo tractationem aliquam cum adultis instituere, rem confirmare, deducere, obstantia dissolvere, quod Apostolus facit, & distinctam pro majore profectu notitiam importat: *Aliud*, quærere, quid ad simplicem credendi necessitatem requiratur. *Prius* multa requirit, quæ ab omnibus requiri non possunt: posterius paucitate contentum esse potest, sed nec reliquorum quidquam negabit aut impugnabit, contra quod omnia ista defendi possunt & debent, quod Apostoli faciebant, *t. 6*. symbolum ad controversias decidendas insufficiens esse certum est, nec ad id datum est, & omnes determinationes continere non debuit, quia non omnes paris momenti, ut *t. 10*. patuit. Ad ipsam fidei substantiam non sufficere petitio principij est. *A Photinistis* in dubium vocari futile

& An-

& Antiquitati puriori contrarium est, cui plus hic creditur, quam novaturientibus quibusdam sectarijs, *Ut. l.* 1. *d. fid. Christ.* C. 4. ostendam. Quod risu me dignum *Censor* ait, qui dogma de notis Ecclesiæ à fide secreverim, miseret me inscitiæ ejus. Adeat *Hulsemannum*, quem decies ipso doctiorem contemnere non debet, & ex ipso discat, fieri posse, ut beatè moriatur in Ecclesia etiam adultus, qui nondum novit, *quid sit Ecclesia*, quæ sint partes officij Ecclesiastici. Quomodo navi quis vehatur, qui se vehi, & usum ac gubernationem navis nesciat, *append.* 2. *Calvi jure conc.* *t.* 2. Si ipsum quid Ecclesiæ salvâ salute ignorari potest, (quod ego tamen de rudi & confusaneâ saltem notitiâ non facilè affirmarem) cur non magis nota adæquata Ecclesiæ? sic adultus fidelis fidem habere potest, & tamen quod adæquatum ejus indicium sit, ignorare. Nempe quæ ad distinctam notitiam faciunt, omnibusq; fidelibus inesse non possunt, ad ipsam fidei substantiam requiri non queunt. Remissio peccatorum an gratuita an meritoria sit, ex eò facile patescit, cum *credere* te eam dicis. Quod credis, gratuitum esse insinuas, nullis tuis meritis occupandum, secus non credere, sed mereri posse diceres. *V. c. L. c.* 5. Et ex punctis tertiæ partis symboli patet. Sacramenta quî ad fidem & symbolum pertineant, *c. l.* ut & de concertationibus *Arij, Nestorij* & aliorum ibi dixi, unde ruditatem tuam emendare poteris. *Paulo* gentes circumcidi nolens à symbolo subsidium non habuit, non enim de substantia fidei christianæ egit, aut se agere dixit, sed ritu aliquo ad tempus differente, postea paulatim abrogando, qui ad substantiam fidei christianæ nihil pertinebat. Posteris seculis quomodo contra *Manem, Marcionem, Valentinum, Judæos*, subsidium ex symbolo petierint *Ignatius, Irenæus Justinus, Tertullianus. c. l. c.* 3. probabo.

13. VII. *Pietati studere & subtilitates omittere satius esse, non sufficit dicere, sed determinandæ subtilitates sunt, quas ommittere satius sit.* Nec pietas studio spiritualium opponenda, Vera enim agnitio & intellectus scripturæ ac voluntatis divinæ pietatis maxima pars est, & Christianismi primarium mysterium revelationes sunt. *Eph.* 1. 7. 17. *Colos.* 2. *v.* 2. R. *Quæ hic subtilitates intelligantur*, ex hodiernę Theologiæ facie & pietatis indole facile intelli-

 telli-

telligitur. Nonne quæstionum farrago in Theolog. infinita, de modo nativitatis, Resurrectionis, ad discipulos ingressionis, de perichoresi, communione naturarum & idiomatum in Christo, modis loquendi, prædicandi & determinandi, ordine actuum in prædestinat. & quę millena alia, quę, & apud *Lutheranos* classica? *Meyfartum in libris de reformand. Acad.* adeat, indeq; petat, quæ hic intelligantur. Nonne Scholasticorum Theologia tota vanis subtilitatibus fœta, unde vix micam pietatis elicias? *Confer. p. 3. Iren. def. t. 23. 27.* Nec omnia in *Lutheranos* quadrare aut dici necessum fuit: multa *in Papistas, Reformatos, Arminianos* intenduntur, pro quibus etiam *Irenicum* scribtum, non solis Lutheranis. Farentes reos ex varijs religionibus de eo querentes sistam. *c. l. c. 3.*

Idem Lutherus, Philippus, Meyfartus, Arndtius, Meldenius, reprehenderunt, & justè, ut *ibi* dicam. Non est quidem pietas studio Theologico opponenda, unde enim pietas sine ulla DEI notitia? Sed studium illud magis practicum, quàm nimis theoreticum esse debet, ut *Ephes. 1. v. 4. 12. Coloss. 2. v. 6. 11. Hebr. 10. v. 23. 24.* ostenditur. Nam hoc noxium sine pietate esse potest, ut Ecclesia cum damno elapsis annis infœlicibus aliquot syrraxibus experta est. *Conf. t. 22. VIII. In omnibus religionibus impij sunt.* Sed ex quorundam Doctrina peculiaris impietas scaturit, Ut Photiniorum & Papistarum. Et hoc perstringere velle dicto Christi *Math. 7.* & praxi ejus ac Zelo adversum est. ℞. *Totum hoc alienum est.* *Irenicum* de dogmatibus conciliandis tractare intendit, non impietate vitæ profliganda, quæ alijs medijs extirpanda, sive ex quorundam dogmate fluat, sive vitio hominum cuidam affricetur. Omninò ex fructibus doctrinæ doctrina cognoscitur, & Zelus in impietatem laudandus. Sed jam pro nostro scopo id non est, nec omnia simul agi possunt, Ut *Censor* falsus est. *t. 3.* Nec curiosa uno tempore expediri debent.

14. IX. *Multi errores magnis Viris adhæserunt, Ut Papiæ, Irenæo, Justino, alijs.* Quidnam huc referendum, & quæ Veritates illæ, quibus sine hæsitatione fidamus? non minor labor hic erit, quàm de scripturæ dictis controvertere. Nec negat. hic valet, Veteres hoc non habent. E. nō de fide. R. Errores particulares sunt; Quæ de fide sunt, universal. sunt, & apud patres. 3. Seculo-

rum

rum non ita magno labore deprehenduntur, *Ut c. 3. t. l.* ostendam. De affirmativo & negativo concludendi genere *t. 4. 5.* patuit. X. *Patres ignorârunt hanc dissensionum componendarum methodum* & cribrationem articulorum fidei, quid necessarium, quid secus. R. Falsum hoc esse. *l. 1. d. fid. Christ. c. 3. patebit.* Quædam etiam *ex p. I. t. 2.* patent,

15. *Tertiò ad nimis longum procursum Censor accedit* quo præjudiciũ Ecclesijs Evangelicijs in multis arduis commatib. posuerim, I. *De divinitate Christi, an ejusdem numero cum Patre essentiæ ipse;* an absolutè æternus, & quod totum teneri possit, & si in partibus varietur. Quo serpenti *Socinianismo* lata porta aperitur, nam se Christum verum Deum credere dicent, sed an ejusdem numero essentiæ, & an trinitas personarum in una numero essentia in divinis, captum suum superare, eoq; talibus non gravandos esse. Et *Arianus* istâ generalitate latere poterit, unigenitus Dei filius, ut tamen creaturam faciat. R. Ad hæc Responsio ex *p. 1. 4. 2. 3.* patet, unde resumatur. Et ex *method. d. Trinitate* pluribus patebit. Arcana cœli & difficilia esse dicuntur, non negantur aut impugnantur, Quod *Socinismus* facit, cui proinde nihil subsidij hic *Photiniani* per integrum ferè seculum præfractè ista omnia negârunt, publicis scribtis impugnârunt, blasphemijs etiam interdum impetierunt. Quomodo dicere poterunt, se ista non capere? an qui non capiunt, negant & impugnant? Quanta Censoris ruditas? nihil horum ego facio, eoq; calumniosè *Socinianismo* portam aperire proclamor. Sed nec verba ista, unigenitus Dei filius, in illa generalitate sine omni scribturæ explicatione apud adultos usurpanda dixi, sed tantùm totum & de fide in hoc esse dixi. Apud adultos autem si sensus verborum teneri debeat, *etiam explicatio aliqua Verborum ex scriptura eruenda & tenenda, quid unigenitus, quid filius, quid Deus?* Et explicatione haustâ nec *Socinista* nec *Arianus* nec quivis alius meram naturâ sui creaturam ex filio Dei faciens latitare poterit, Etsi adhuc speciales istæ difficultates, de quibus ego memini, supermansuræ sint, & quas primi Patres specialiter dissecare vix ausi sunt. Gloriæ Christi nihil adimo; Quicquid scriptura de eâ habet, recipio, sed nimias scrupulositates, quas simplicium captus vix unquam admittit, resectas volo

& ad

& ad Primorum *Patrum* ſenſum dogma totum revocari opto, & nonnulla ad arcana cœli reſervata cupio. Sic ad aliquam conciliationem forte devenietur. Pluribus *c. l.* hæc patebunt.

16. II. De Eccleſiâ quæ poſita ſunt, invicem pugnant notæ internę enim Eccleſiam conſtituunt, eoq; Eccleſia cred non poteſt, quin notæ ejus ſciantur: *Et Arminianiſmo* applaudun qui in quovis cœtu nos ſalvari dicunt, modò piè vivamus R. Omnia hæc falſa & calumnioſa ſunt, meramq; inſcitiam redolent, *V. t. 12.* Notam rem conſtituere valdè ineptè dicitur. Notificat, indicat, & ſignat, quæ omnia â poſteriori ſunt, non conſtituit, quod â priori. Quaſi hedera ſuſpenſa vinum conſtituat, aut fumus ignem? Verbum, & aqua & ſpiritus conſtituunt Eccleſiam, unde ea velut ex ſemine incorruptibili regignitur, *Joh. 3. v. 5. 1. Pet. 1. v. 23.* Sed verbi prædicatio, & ſacramentorum adminiſtratio, certa externa functio & occupatio in Eccleſiâ eſt, eâ poſterior & ſic nota ejus. Quę omnia rudis Cenſor confundit aut ignorat. Arminianiſmo hic colludi etiam calumnia eſt, nec in cœtu, in quo falſitas circa fundamentale punctum eſt, ſalvari licet, ſi ſciens volens eo attinearis. Secus ſi egreſſus non pateat, ut in *Papatu* olim fuit, ut alibi docetur. *Conf. 4. 25* III. *Reformatis quædam de cauſa peccati injuſtè adſcribi nihil juvat*, nunquam enim omnibus adſcriptum eſt, & craſſiorum hyptheſes id docent: *R. Ergò de diſtinctis diſtinctè docendum fuiſſet*, non indifferenter procedendum, Vt communiter factum. Quoſdam id non docere *l. d. fid. Chriſt.* docebo. Et *de cauſa per accidens* oſtendi. Ac hactenus juvat, quod quoſdam nobis accedere oſtendi poſſit *V. t. 7.* Nobis a. nihil per id admittitur, ſi quoſdam *Reformatos* ad orthodoxam ſententiam accedere oſtendatur, nec quidquam nobis per id præjudicij ponitur, ſed gratulari potius illis debemus de agnitâ veritate, Ut *Groshain facit*, Et porro juvare, ut ultrà agnoſcendo pergant. Ut c. l. dicetur. Neq; ego controverſiam totaliter ita finiri poſſe dixi; ſed inter alia conſilium dedi, ut & hoc advertatur, annon interdum calumniæ aut ſemiplenę ſententiarum explicationes intercurrant? Quod longè aliud eſt, quam controverſiam totaliter ita decidere velle, quę omnia inſulsè hic inferuntur & concluduntur.

17. IV. *Papistis dubitationem de salute calumniosè tribui nos reos facit*, & sic sententiâ in nos fertur, quod iniquum. R. *Hic etiam distinctè agendum*, & de quibusdam id dicendum; Quos si cæteri sequi velint, & dubitationem respuere, ac timorem & tremorem *Phil.* 2. *v.* 12. inculcare, jam res ipsa confecta erit, & ad scripturæ phrasin reducta. Nec nos causâ cadere oportet. Quibusdam enim id verè tribuitur. Moderatioribus tamen tribui non debuit Totum *hoc libro* 2. de fide Christ. uberius decidetur. *V. De opere operato etiam pro Papistis* contra nos judicatur, & nos proscribimur. R. *falsum hoc est*. De quibusdam enim id intelligendum, qui moderatiùs se explicant. Illis talis sententiâ adscribi nequit, *Sed inde non sequitur*, nos simpliciter proscribi, cum quidam eorum crassius locuti sint, illisq; verè id imputetur. Eos tamen ad moderatiorum sententiam accedere oportebit, & sic faciliùs ad conciliandum procedetur, Pluribus c.l. hoc deducam. Nec *brevi Irenico*, ubi summa tantùm capita stringuntur, omnia deduci debent. Eoq; libros de fide christianâ etiam in eo allegari. *VI. Non debet ignorari*, quando nos justificari contingat. Sed hic modus â substantia fidei divelli nequit, Ut nec ille, quód gratis fiat. Et phrases, Imputatum est ei ad justititiam, & Christi justitiâ ei imputata, idem sonant. Si Tò credere, hoc est corpus illud, in justitiam imputatur, *Papistica* est explicatio. Sic enim Bellarminus *l.* 2. *d. justif. c.* 9. R *Imò sæpè ignoratur* quando justificemur, neq; motus sensibilis ea est, sed credibile quid, in quo momenta temporum non exactè annotantur. Et aliud est, quando justificemur: aliud, omnia specialia justificationis requisita nosse, quod infantes & Catechumeni certè non, idiotæ etiam vix quandoq; sciunt. Summa tamen fidei est, credo remissionem peccatorum. In τῷ credere gratis esse comprehenditur. *V. t.* 12. Quando etiam in justificando insulsè modus vocatur, cum circumstantia temporis eoq; externè circumstans in re sit, quale quid non modus rei esse solet. Imputare aut inhærere specialem notitiam requirit, sine quâ id non cognoscitur. Ab eo qui capax notitiæ est, requiri non negem. Fidem nobis ad justitiam imputari scripturæ phrasis est, eoq; omni christiano sacrosancta. Christi justitiam nobis imputari non est, et-

si res ipsa aliàs scripturæ consona esse possit, sed quam ipsis scripturæ phrasibus, quę satis planæ & frequentes, exprimi ob solatium nostrum & fraudes Adversariorũ malim & suadeam, *V. p. 2, t. 6*. Et pluribus *l. 2. c. l.* deducam. Credere, hoc est, opus istud, nobis in justitiam imputari, scriptura nuspiam dicit, Quicquid de *Papistarum* explicatione sit, qui, quomodo sua defendant, viderint. Fides non opus nostrum, sed Dei *est, t. 10*. Cui DEUS justitiam imputare liberè & ex gratia dignatus est, Quòd in eum, quem constituit ille propitiatorium per fidem in sanguine ipsius, *Rom. 3. v. 25*. filium ejus, feratur, *ut alibi docetur*. Sic summa fidei facilè tenetur. Propriè etiam loquendo fides in Theologicis non opus, sed virtus Spiritualis divinitus infusa est. Justificat autem non ut opus, habitus, qualitas, sed ut Christum respicit, in quo redemptionem per sanguinem ipsius, nempe remissionem peccatorum habemus. *Ephes. 1 v. 7 Colos. 1 v. 14*. Ac credere & operari in justificando scriptura opponit, Non operanti, sed credenti, *Rom. 4. v 2 3 5. Gal 2. v. 16*. ut fides in eo tanquam opus spectari non possit. Ut iterum *multa* hic confundantur.

18. *VII*. *De cœnâ punctum*, quod ita conciliandum, ut Panis communicatio corporis Christi esse intelligatur, cæteraq; ad Scholam remittantur, non sufficit. Nec enim in scholis rixari, & de rebus quidam inutilibus ac non necessarijs licet. Et addendum etiam, annon scriptura in unam aut alteram partem se ita declaret, quà transubstantiationem aut conjunctionem, ut dici possit, hic vel ille modus falsus est. R *Si sensus Spiritus S. teneatur*, quid per communicationem intelligatur, fides in eò tutissimè acquiescet, relictis omnibus verbis & modis proponendi humanis, qualescunq; illi sint. Habet enim in quo satiari possit. Quomodo autem sensus ille inquirendus, alius considerationis res est. *Aliud enim*, certum in genere consilium dare, *aliud*, quomodo specialiter totum illud secundum omnes circumstantias & requisita deduci in effectum possit, suppeditare. *Quadam. l 2, d fid. Christ* patebunt. Scholæ quid hic conferant, *t 10*. dictum Nec *rixari* erit, si Spiritus Sanctus sensum devotè & legitimè inquiras, sed scripturas scrutari, quod maximè commodè in Scholis à doctis fiet; nec hæc inutilia aut nõ necessaria in majori Chri-

stia-

ſtianiſmi profectu apud eos, qui ſcrutari poſſunt & debent, erunt. Et ubi ſenſus vocis Communicationis conſtiterit, non opus erit ad hunc aut illum modum ſcripturæ declarationem pertrahere, cum in ipsâ ſcripturæ ſimplicitate *fides* ſiſtere poſſit. Specialiter hæc deducere ſequetur, cum occaſiones ſpeciales ſuppeditatæ fuerint, *ut p. 27. Ireni* promiſſum. *VIII. In loco de providentia & causâ peccati rigidiores ex mitioribus explicare velle nihil eſt.* Occultant enim hi & palliant, cum rigidiores apertius proferant, & ſic magis meliores, ſecundùm rigidiores æſtimandi quàm contrà R: *Quod tibi non vis fieri*, alteri ne feceris. *t. 8.* Tecum autem ita procedi nolis. *In Luthero* duriora & impetuoſa ex mollioribus & rectioribus emollis, non contrà agis. Cur non idem in *Calvino & Bellarmino* præſtes, ut regalem Caritatis legem adimpleas? Docebitur hac de *re, c. l. l 2.* Mitiores ſemper palliare & occultare falſum eſt, cum ſæpius ſatis apertè ſua proferant, & â rigidioribus diſtinguant, ut ex ſcriptis eorum oſtendi poteſt. Rigidiores autem cum ſenſu non ſano relinquendi ſunt, & cum eorum ſententia non conſentiendum. *V. Irenic. t. 11.*

19. IX. Omnes religiones communi Sectarum nomine comprehendere famoſum eſt. In *Lutheriſmo* enim veritas eſt, quæ non in ſecta, eiq; auctor ipse addictus eſſe cupit. R *Secta in genere* quamvis ſpecialem de re profeſſionem notat, non attento, veranè ea an falſa. Sic ſectas Medicorum, Philoſophorum, ICtorum habemus. *Ipſa Chriſtiana profeſſio* ſecta â Judęis dicebatur, *Act 24. v. 5.* Et â Paulo repetebatur, *v. 24.* Nec multum Apologiæ ille contra vocem ſtruxiſſe legitur. Ab *Hulſemanno* iterum doceri hic poſſis, Qui *diſp. 2. d. converſione c. 1. t. 19.* inquit, *Inquiſitio de Chriſtianiſ. ut eſt ſecta intelligibilis, etſi actio bona non eſt, minus tamen mala ac ſodomia aut adulterium eſt.* Idem ſectæ nomen ſæpius latè uſurpat, *q 1. 2. ſeq. Calv. jure con.* Plura p. 3. t. 1. de hoc dicta. Ac communis uſus vocis eſt, ut ibi dictum, ut intemperiem Cenſoris mirer. In *Lutheriſmo* ſi quid veritatis eſt, â *Chriſtianiſmo* habet, & in hoc propriè veritas eſt, V. c. l. Nunquam, quod ſciam, in eum juravi, ut ſi quid minus accurate obſervem, ad accuratiorem ſentiendi aut proponendi modum de-

flectere non liceat. Nec in *Academijs* dissimulavi, libertate me eâ usurum, ut hominum servus non fiam, sed universa pro priscâ veritate Christianâ inquiram. Nec prudentiores *Lutherani* id iniquè ferunt, sed fieri cupiunt, & ad unicum DEI verbum absolutè nos ligari volunt, ut *alibi* docebo. *Conf. p.3. t. 21.* Et omnino pro veritate Christianâ hîc agendum censeo. Non quid hæc aut illa secta, *sed quid DEUS in verbo suo dicat*, Christiano curandum. X. *Optimorum virorum labores* in reformandâ Ecclesiâ & colloquijs, aliter ac decet, arroduntur, nec hostibus nec amicis parcitur partium studia, odium, calumnia, inscitia, oscitantia, superbia, injuriosè illis tribuuntur. R. *Qui ex fundamento* rem curare velit, illum defectus indicare, obstacula removere, & interdum scapham schapham dicere oportet, secus vanè laborabit. Et Ecclesiæ salutem hic omnibus amicorum & hostium commodis anteferre oportet. Et publicis *colloquijs & scribtis Polemicis* ea ostendi possunt, nec Lutheranos omnia concernunt, sed multa *Papistas, Reformatos, Socinistas, Anabaptistas* stringunt, & â prudentioribus Theologis agnoscuntur & deplorantur, *Meyfarto, Meldenio, Himmelio, Varenio, Arndtio, Hunnio in consult. p. 2. c. 1. V. p. 1. t. 10.* Cum quo *Censor* transigat. Nec ob id à *Lutherismo* extorres â quoquam illi judicati. Ac qui â rixis ad antiquam fidem homines deducere velint, eum non amicos aut hostes, sed Deum & veritatem ejus respicere oportet, *ut alibi* dixi. Bonorum verò labores per id, quod defectus quidam indicantur, arrodi totum calumniosum. *Aliud*, notare defectus, *aliud* arrodere V. t. I. t. 10.

20. *Quartò ad membrum quartum* procedit *Censor*, quam culpabile hoc Irenicum & futilia media sint, ubi sequentia movet 1. *Totum hoc negotium* prædictionibus Apostolicis de rixis, dissensionibus & schismatibus duraturis *Luc. 18. 1. cor. 11. 2. Thes. 2.* se opponit, & harmoniam omnium somniat. R. *si hoc consequens verum*, omnes illi, qui Irenica scripserunt, Christi & Apostolorum prædictionibus contraiverunt. Quod ex *Lutheranis Hunnius in consult. Meyfartus in dissert. de pace Ecclesiasticâ, Himmelius in Collegio Irenico, Vaec. de uniendis Christianorum animis, Hutterus, Sigwartus & alij fecerunt*, cum quibus *Censor* transigat. 2. Ne-

gatur

gatur hoc: manebunt dissensiones, quamdiu homines erunt, etiamsi de medijs conciliandi quædam cogitentur, Mundus enim in maligno positus. 1. *Joh. 5, v. 19* non recipit sana media, & sic non omnia conciliabuntur, *Adi Hunnium in consultatione t. 183.* indeq; disce. Etiam vitia ad finem mundi duratura prædictum, *Matth. 24. v. 10. seq. 2. Tim. 3. v. 1. 2. Pet. 3. v. 3. Judæ, v. 18.* Et tamen seriò de medijs cogitandum, quibus amoveantur ea ac exscindantur, nec dictis Apostolicis contraire existimatur, qui facit, sed laudatur. *V. l. 2. d. fid. Christ c. 7.* Egregiaq; scripta de eo extant, quæ passim teruntur ac laudantur. Plurib. *Tu De conciliation, Enunt. t. 21. hoc discutiam. 2. Pugnat cum Zelo Christiano*, qui & doctoribus competit. *Psal. 69. Matth. 15. 23. 2. cor. 11. Gal. 4.* Et in generalibus consentire ac ad fucum sociari mera veritatis proditio est. *R. Nequaquam.* Errores debito Zelo perstringendi, & tamen, an conciliari quædam, & errores eximi possint, conandum & tentandum. Nisi & *Hunnij Consultationem* Zelo adversari dicas, nam & is, *p. 2.* de medijs conciliandi agit. Si in generalibus consentire, veritatem prodere est, E. symbolum Apostolicum & Nicænum veritatem prodent, nam in generalibus sistunt. Impiè ac blasphemè. Et hic etiam determinationes, quomodo in consensum pertrahantur, quæritur. *V. t. 5. 3. Praxis ista in Prophetico, & Apostolico* seculò inaudita. R. nempe errores tum temporis crassiores erant, quàm ut conciliationem admitterent, ut apertæ idololatriæ Pseudoprophetarũ, manifesta portenta *Simonis Magi*, aut *Hymenæi & Phileti*, qui resurrectionem negabant. Hodie circa varias quæstiones Scholasticas sæpe dissentitur, in quibus quædam conciliari, aut moderatiùs constitui posse certum est. *v. t. 5.*

21 4. *Media nunquam ad usum* tranferenda proponuntur, ut liberi Christiani, hæc adjecta, ista superflua, Hic sistendum. *Papistæ* nunquam in talia consentient, cor enim Papatus petunt. R. De his. t. 8. actum, *Papistas* ex immotis principijs disponi oportet, ut in ea consentire incipiant, & ut se tanquam Christianos talia respicere debere non intelligant 5. *Si omnisi disputando hæc obtineri* potuerunt, Irenici facies peribit, & Eristicum manebit. Suopte ortu ex hac nova inventione dissensiones

promanabunt. R, *Cramben, sæpius coctam Censor apponit.* Adidem jam *t 7.* responsum. Dissensiones quomodo his medijs sopiri, non novæ hinc promanare debeant, progressus docebit. Quicquid de quæstionibus sit, quas *Censor* adducit, de libris Christianis, immotis principijs, fundamentalibus articulis, &c. quæ partim supra *t, 8.* Partim in libris de fide Christiana leget & videbit aliquando *Censor*, si assequi voluerit. *6. Magna ingratitudo erga Reformationis opus Lutheri se* prodit, & temerarium est *Socinianos* in gremium simul recipere velle, quos Papistæ ex colloquio Thorunensi excluserunt. Et quod tot annorum labore, collu-ctatione, scripturæ expositione partem est, quasi nunquam fuisset, sepelire velle, aut ut superfluum reijcere, & ex scientia in ruditatem se tradere voluntaria cæcitas est. R. Hic Censor cum ipsa ratione insanire incipit, totumq; quod promit, *calumniosum & inscitiæ argumentum est.* Dicere in primis annis errores quosdam *Luthero* adhæsisse, quod ego dixi, nec quicquam ingratitudinis in ipsum Reformationis opus importat, sed communem hominis conditionem notat, quæ est, errare posse: Et *Lutherus* id ipse fatetur, varios sibi errores adhæsisse, eoq; prima sua scripta cum magna miseratione legi petit, *præf. T. 1. Latini & Lutherani* omnes fateri coguntur, Erronea in primis annis intercurrisse, ut *Meisnerus, Hutterus, Gerhardus, Behmius, alijq;*, Et passim conceditur, non Prophetam immediatè illuminatum ipsum fuisse, sed successivè in erroribus & dogmatibus Papatus agnoscendis ac detegendis profecisse, & res ipsa manifestissimè ostendit, ut non nisi insulsitatem *Censoris* tam futilis objectio prodat: *Nec temerarium* de *Socinistis* recipiendis cogitare est, ubi de conciliando agitur, sed ut isti errorem exuant, non amplius teneant aut defendant, aut moderatius sentire incipiant: quicquid de *colloquio Thorunensi* sit, quod non pro ipsis, sed alijs institutum fuit, ut Regiæ & Episcopales literæ docent, veluti *Marpurgense* pro Luthero & Zwinglio, *Ratisponense* pro *Lutheranis & Pontificijs*, *Francenthalense* pro Reformatis & Anabaptistis, *alia* pro alijs instituta fuerunt. Ubi autem quis determinatè pro his aut illis colloquium instituit, reliquos, qui ad istas partes non pertinent, admittere non tenetur: nec tot annorum labores rejiciendi, aut ex scientiâ

in ru-

in ruditatem delabendum, cum fidem in simplici esse docetur. Scientia enim Theologica diffusissima erit & manebit, ac quantumcunque occupâris, semper aliquid supererit: *nec* de fide tantum cogitandum, sed & scientiâ Theologicâ, ac notitia explicandi defendendique fidem: *nec* fideles tantùm, sed & fidelium Doctores & Theologi in vitâ humanâ requiruntur, ad quos ingens Theologicorum notitia requiritur. Et simplices etiam, qui capaces sunt, semper ad ulteriorem perfectionem in spiritualibus contendere debent, 2. *Timot.* 3. *v.* 16. *Colos.* 3 *v.* 16. *Hebr* 6. *v.* 1 *Et Augustini* illud cogitandum, sumat unusquisque vestrum fidei suæ quantum potest, intelligentiam, majorem, si plus capit, minorem, si minus, ita tamen, ut quousque ad perfectionem perveniat, ab itinere non recedat, ep 122. Sed non omnis perfectio tamen ad fundamentalem necessitatem requiritur. Nec *Irenicum* præter fundamentalia nihil amplius ab idiota sciri debere dixit: Sed in his consensum imprimis elaborandum, in reliquis omnibus non ita necessarium esse, quod longè diversum ab illo est. *Conf. p.* 3. *t.* 26. 35.

22. 7. *Duplex Theologia hoc modo introducetur, popularis & disputatoria*, & ad hanc subtilitates, controversiæ, determinationes speciales, partes, & similia rejicientur, ac populo nihil ex specialibus constabit, satis Catecheticâ institutione habebit, speciales rationes inquirere non opus erit. At hoc contra praxin Christi & Apostolorum est, qui omne consilium DEI populo annuntiarunt, *Act* 20. summa mysteria etiam Laicis perscripserunt, ut Epistolæ *Pauli* docent; Verbum DEI copiosè in omni scientia inter nos habitare jubetur. *Colos.* 3. *v.* 15. Spiritus sapientiæ & revelationis optatur, *Ephes.* 1. *v.* 17. Ac perfectio in scientia inculcatur, 1 *cor.* 1. *v.* 5. *Hebr.* 5. *v.* 12. *c.* 6. *v.* 1. Et Turcarum ac Moscorum mores introducerentur, quibus ex Alcorano aliquid monere nefas. ℞ *Omnia hæc extra scopum delirant*, & meram ἀπαιδευσίαν *Censoris* arguunt. *Theologiam* in didacticam & Polemicam vel scholasticam dividere, Cathedram scholasticam & Ecclesiasticam distingvere, Theologum moralem & Polemicum, concionatorem & disputatorem secernere, docendi modum exotericum & acroamaticum, popularem & expositum sejungere,

classi-

classicum est, & à Pædiâ disciplinari præcipitur ac requiritur, ut apud Theologos & Pædiæ scriptores patet, & res ipsa docet, cum dona Dei varient, & in Polemico quis excellere, in didactico modo deficere possit, ac utraq; ratio diversum docendi ac procedendi modum requirat, ut insignitate rudis sit, qui confundat, & scholasticalia pro suggestu, moralia in Theologia scholasticâ pertractare aggrediatur. Si de relationibus, notionibus, professionibus, oppositionibus, actibus notionalibus, principio & principiato & similibus in Trinitate, aut beatitudine objectivâ & formali, visione beatificâ, speculativâ aut practicâ, complexâ, vel incomplexâ, & similibus, quæ in Theologia scholastica perstrepunt, pro concione agas, pro Cerrito habearis, quia ad scholas ista pertinent. Si de fide DEO habenda, affectibus DEO sacrandis, precũ devotione solicitè curandâ, pro disputatione scholasticâ agas, ridearis, quia Cathedram Ecclesiasticam ista requirunt. *Ita theoria & praxis in multis divertunt, & discrimina earum tenere ac observare utile in docendo est.* Potest insignis Disputator aliquis in Theologicis esse, ut pessimus sit concionator, & vicissim, ut experientia docet. Spiritus, ut vult, distribuit, 1. *cor.* 12 *v.* 11. Non uni omnia dat. Requiritur etiam major spiritualium profectus, & notitia ab illis, qui capaces sunt, *t.* 10. sed non omnis tamen ad ipsam fidei substantiam pertinet, secus pueri & puellæ salvari nequirent. Et ista notitia magis practica, quam theoretica esse debet, in quâ magnam partem Theol scholastica consumit, *t.* 13. Et hoc volunt allegata dicta. *Act.* 20. *v.* 21. *Col.* 3. *Eph.* 1. 1 *Cor.* 1. *Heb.* 5. Quæ de praxibus Christianis agunt, & notitiam ad praxin applicandam volunt. In Theologiâ a. ut hodie se habet controversa multa tractantur, quę in praxi Christianâ nihil usus habent. *V. t.* 13.

23. 8. *Periculosum est in tàm scrupulosam Disquisitionem se immittere*, ut dicatur, hic sistendum in notitiâ cognoscendorum, hic initium aut finis sit. Et cum hæc ipsa thesis specialis aliqua determinatio sit, apertis scripturæ verbis probanda erit, ut nulla exceptio aut instantia contrà produci possit, R. Periculosum id illi est, qui nunquam ad fidem semel sanctis traditam *Judæ. v* 3. respicit, non ei, qui quotidiè ad eam mentem reflectit, & omnia,

quan-

quantum fieri poteſt, ad illa reducit. Et ad quam antiquiſſimi Patres & Theologi plerique ſubindè provocant. *V. l. 1. d. fid. Chriſt. c. 4.* Hic ubi ſubſtantia fidei in cognoſcendo ſiſtatur, facilè apparebit. Aliàs multa ſucceſſu temporum occaſione controverſiarum adjecta eſſe ad notitiam Theologicam pertinentia, & quæ ob certamina mota noſci à Chriſtiano debeant, facilè conceditur. Sed parum ad rhombum id facit. *t. 10. 22.* Ex ſcripturis probari debere, in quo fides ſiſtat, ridiculum eſt. Nec enim talia ſcriptura diſceptat, quid & quantum ac quotuplex ad fidem pertineat, nec diſceptare tenetur, ſed materias ipſas ſacras, quibus fides nititur & unde generetur, proponit, & ut homo ad ſalutem erudiatur, in eoque quieſcit. *Dogmata ipſa fidei ſcriptura proponit, eaque inde probari debent. Sed quantum ad fidem quà cognoſcenda requiratur, non dogma fidei, aut peculiaris articulus fidei, ſed ſcholaſticæ disquiſit eſt, & ad doctos pertinet, ac in Theologiâ ſcholaſticâ* ventilari ſolet, ubi, quisnam propriè loquendo fundamentalis articulus fidei dicendus ſit, disquiritur. *V. Valentinianum Thomam, Tannerum, Betrum, à S. Joſeph, Becanum, in Theologiâ ſcholaſticâ. Quiſtorpium* in peculiare diſputatione, *Hulſemannum, in app. prima Calvin. præconcil. Meiſnerum in conſid. Th. Photin. & alios, ac l. 1. d. fid. Chriſt. c. 6* bonâ ex parte diſceptatum eſt. Sic quodnam materiale aut formale fidei objectum ſit, ſcriptura non decidit, etſi materias fidei ipſa proponat: ſed à ſcholis & viris doctis id hauriendum, ac ridiculè id ex ſcripturâ probandum poſtulaveris.

24. 9. *Involvitur ſtatus quæſtionis, & modò* communius, modò anguſtius de fide & fidei fundamento diſſeritur. *R. Nempe varietas aliqua apud Theologos* hic occurrit, nec res iſta ſatis adhuc diſcuſſa, ut immoti quid hic conſtituere licuerit. Ut *p. 1. t. 10.* jam memini. In *l. 1. d. fid. Chriſt* dilucidiùs totum id tractabitur Quid neceſſarium vel non, abſolutè vel hypotheticè ſit, ibidem locum habebit. *Et aliud etiam eſt*, dicere, ſtatuendum eſſe, qui, quod, & quanti fundamentales articuli fidei ſint, quod ego in Irenico feci, & per modum conſilij ſuggeſſi: *Aliud* numerum iſto-

rum articulorum præcisè determinare, quod tum facere nihil opus fuit, & res plures humeros ob varietatem sententiarum requirit, ne imperiosè *Censor* talia postulet. Fient suo tempore ac cæteris paribus: non tamen ad imperium hujus aut istius, qui postulandis talibus non auctoratus est. 10. *Ista consequentia nihil acrimoniæ redolet* in necessarijs ad salutem dogmatibus constituendis. Affirmatè enim valet, Absq; hujus puncti notitia nemo salvatur. E. ad salutem necessarium. Sed non negatè. Hic salvatur non instructus speciali istius dogmatis notitia. E. non necessarium illud ad salutem. Perinde ac si sic: Ille homo sine baptismo salvatus decessit, E. baptismus non est ad salutem necessarius, contra. *Act. 2. v. 35.* Ille promissiones divinas non servavit, & mandatis DEI non obtemperavit. E. servare & obtemperare non est de salute necessarium. *Contr. Matt. 28. v. 20.* Aut numerus, etiam promissionum & mandatorum DEI ineundus. R. *Hac argumentatio* iterum crambe bis apposita est. *Supra jam t. 34* simile propositum est. De promissionibus & mandatis C. 5. *d. fid. Christ* agetur. Rectè concludes: E. dogma de promissionibus & mandatis non it absolutè ad salutem necessarium. Interim necessarium in suo genere, capaci, & qui scire debet, esse potest. Sed de re ipsa male infers, E. promissiones servare & mandatis obtemperare non est necessarium. Nam *de dogmate rei*, an & qualiter sit necessarium, est quæstio, de eoq; inferendum. Sic sine baptismo obijt. E. non necessarius. Pro quo ita inferas: *Sine dogmate de baptismo & cœnâ beatè obijt.* E. dogma istud ad salutem absolutè necessarium non est. Potest quis baptizatus esse & salvari, & tamen dogma de baptismo non tenere, ut infans, puer. Sic potest quis in Ecclesia beatè mori, & tamen dogma de Ecclesiâ non tenere. *V. t. 12.* Per hæc ad prolixas phantasias *Censoris* responsum est, quas de cœna, baptismo, Spiritu S. symbolo Apostolico, justificatione, & similibus consarciant, quorum distinctam deductionem plenius *Libri de fide Christianâ expedient.* Ut hominem prorsus in fide ignorantem inter salvandos numerem, adhuc â me imperrari non sino, quicquid Censoris judicio videatur. *Consequentia ejus*, quod pueri triennis aut quadri-

ennis

ennis aut idiotæ notitiam excedit, id omne erit superfluum, tota calumniosa est, longeq; aliter formari debet. Capaciori n. necessarium id esse potest. *V. t 3.4.10.*

25 11. *Totus hic error inde promanat*, quod ex causis aliunde intervenientibus homo sine dogmatis notitiâ salvari queat, quod tamen aliàs necessarium est. Ignorantia enim illi condonatur, ut & alia peccata, ut sacrificatio in excelsis à pijs peracta, Polygamia V. T. Ignorantia etiam *alia simplex*, quæ nudus defectus, *alia affectata*, quæ cum malitia conjuncta, *2 Pet.3.v 5. Alia*, quæ ante rei propositionem est, & nuda simplicitas est, alia quæ post sufficientem propositionem, quæ supinitas & ruditas est, *Joh. 15. v 22.* In Papatu multa ignorata. quæ hodie ignorari non debent. Multi ibi salvati, qui cœna sub una specie usi, sanctos invocârunt, imag. adorarunt, purgatorium timuerunt, votis & satisfactionib9 se onerarunt, quæ omnia hodie damnab. errores sunt. Nec tantû quid creditu necessar. sed & quid pernicio sum quid, omittendum, quid reprehendendum, cogitandum. Sic cû muti canes falsis Prophetis non resistebant. *Esai. 56 Multi Baalem & statuã Nabucadnezaris* adorabant. R. *Universa hac nihil ad nostram rem faciunt*, sed à totâ januâ delirant. Quicquid absolutè scitu creditug; est necessarium ad salutem; ab omnibus fidelibus requiri debet, simpliciter â nullo ignorari: accedentem enim ad Deum credere oportet, quod sit, & quærentibus se remunerator futurus sit, *Hebr.11.v.6.* Nulla ignorantiâ simplex vel affectata, ante rei explicationem aut post eam, cum merâ simplicitate vel oppositi affirmatione hic quicquam juvare potest. *V t. 11.* Quid & quantum illud sit, quod ita absolute necessarium sit, de eo disceptantur, & varietates Theologourm intercurrunt, t.24. Quædam ex p. 1. patent. Exempla multa *Censoris* non de ignorantiâ sunt, sed pleno errore, ut Apostolorum de Mundano Messiæ regno, super quo *Petrus* Sathanas â Christo vocatus, *Matt. 16. v 23.* Pseudo-Apostolorum de circumcisionis necessitate, *Act. 15. v. 1. Gal. 5. v. 2*, Quæ reverà indifferens erat: Errores Papatus olim de Missâ, cœnâ sub unâ specie, sanctorum invocatione, imaginum adoratione, votorum & satisfactionum usurpatione, &c. Error autem cum impugnatione

tione veri malo animo profectus latam culpam trahit, cum ignorantia aut error simplici animo receptus, & quia aliorsum egredi ad verum non datur, veniam sortiri possit, ut *iisdem libris* deductum. *Conf. t.* 16. Post detectum Papatum plura sciri oportere, ac velato eo, concedi potest. Sed nec tamen *omnia ab omnibus simpliciter ea* requiruntur, nec ad absolutam fidei substantiam pertinere censeri possunt. Quæ olim in eodem credita, jam erronea & damnabilia esse etiam verum, sed ad nostram causam parum faciunt. *Erronea enim ista nunquam ad fidem pertinuerunt, & vitio seculorum pro veris obtinuerunt.* Quædam exempla de aperta facti impietate sunt, ut Baalem & statuam Nebucadnezaris adorare, quod semper damnabile, & cum nostro negotio nihil commercii habet. De dogmatibus hic quæstio est, non factorum impietate. *t.* 13.

26. 12. *Non modò cogitandum, quid necessarium videatur,* sed & quicquam veritati contrarium statuere, & erroribus se non opponere damnabile esse. R. *Ita est.* Sed erroribus se opponere ab illis præstandum, qui possunt, & eò vocati & locati sunt, non ab omnibus simplicibus Christianis postulandum. *Aliud,* quid ad fidem pertineat, *aliud,* quomodo erroribus contrairi debeat. Prius fidelem facit; posterius doctum & fidelium Doctorem qui potens esse debet τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν καὶ ἐπιστομίζειν quod ab Episcopo Paulus requirit, *Tit.* 1 *v.* 10. 11. non quovis fideli, nec ad fidem hoc pertinet, sed majorem notitiam Theologicam, unde Theologus quis dicitur, non præcisè fidelis, *conf t.* 6. 10. 21. *Et p* 3 *t.* 22. 23. 13. *Puriori Ecclesiæ valdè præjudiciosum est cursum veritatis præcludere,* Zelum pro fidelitate pugnandi abrogare, laudem strenuè pro veritate pugnantibus detrahere, & præclaros optimè meritorum labores sugillare. Ipsi Apostoli de varijs rebus disceptantes, *Gal.* 2. 5. *Colos.* 1. 2 *Joh.* 1. *Hebr.* 1. 2. *seq. Apoc.* 2. 3. reprehensionem hoc pacto non effugient. R. *Nec cursus veritatis ullo modo hic præcluditur,* sed relinquitur, *t.* 6. Nec Zelus pro veritate aboletur, sed servatur, modo bonus & in bonum ille, *Gal.* 4. *v.* 18. nec disputationes abolentur, sed fructuosiùs occupari svadentur. *t.* 7. Nec cujusquam bonus labor sugillatur, cuilibet

libet sua laus relinquitur, *V.p.1.t.5.* Sed tantùm quæritur, *quid & quantum ad ipsam fidei substantiam pertineat*, in quo fidelis sistere possit, & in quo si aberretur, omninò sub periculo salutis aberrari oporteat, & quomodo cætera, quæ extra ipsam substantiam disceptantur, ad harmoniam aliquam aut moderationem revocari queant. *Reliqua omnia*, quæ pro veritate occupantur, relinquuntur, & prudenter gesta etiam commendantur. Quæ Apostoli disceptârunt, sæpe fundamentalia fidei puncta sunt, ut de Christo Deo & homine, *Matt. 22. Joh. 1.* Resurrectione mortuorum. *1. Cor. 15.* de ceremonijs legalibus sub novo fœdere non urgendis, *Gal. 1. colos. 1. 2.* Qualia disceptari oportere certum est, nec quisquam hæc vetat. *Confut. 20.* Sed anne & de communione naturarum aut idiomatum in Christo, aut prædicationibus personalibus, aut notionibus, processionibus, & oppositionibus in DEO, partibus pænitentiæ, baptismi, cœnæ, itâ scrupulosè disceptasse leguntur, ut *nos* in nostra Theologiâ facimus? ut alia sileam, quorum plena nostra Theologia, de quibus *t. 13.* monitum. v. & t. 22. & p. 3. t. 23. 27.

27. 14. *Arminiani in Belgio tria requirunt*, promissionibus divinis credere, mandatis obedire, & scripturæ authoritatem magni facere. Intra hos limites infinitæ lites manebunt, quas *Irenicum* non minuet, sed augebit, & cum omnibus sectis faciet, & contra omnes stabit. R. *Quid Arminiani* agant aut non agant, *Irenicum* nihil concernit, quod alijs hypothesibus, fundamentis, processu, modo & rationibus nititur, eaq; diversa requirit, ac *Arminianismus*. Substantiam enim fidei requirit, extra quam non salvari licet, non generalibus isti membris quiescit. *Contra sectas* omnes stabit, qua inutilia, noxia, falsa, confusa, superflua proponũt. *Cum omnibus* faciet, si ad fundamentalem fidei necessitatem ea redigi possint. Si id fieri nequeat, abiget & relinquet. Quasdam controversias quo modo salvâ veritate componere queat, media ostendet, Falsi nihil admittet, neq; admittere ex suis hypothesibus tenebitur, non tamen omnem falsitatem ipsam fidei substantiam & fundamentum evertere docebit, & hanc moderationem simul in Theologicis controversijs adhibere monebit. 15. *Theologia*

posthac merè erit sceptica, fidei nostræ veritas in dubium vocabitur, hostes in sinu ridebunt, sua avidiùs tenebunt & propugnabunt, Zelus extingvetur, qui aliàs elangvescit, Fanatismo, Libertinismo & Atheismo tota janua aperietur, ut in Belgio de religione quæsiti eruditorum se esse ajunt, hoc est Atheismum fovent. R. *Omnia hæc insulsa ac calumniosa sunt* & inscitiam *Censoris* arguunt. Quæ ad fidem fundamentaliter pertinent, ac substantialia ejus puncta concernunt, non sceptica, sed immota erunt. In reliquis multa sceptica intercurrere ipsi *Lutherani* se invicem refutantes fatentur, ut *Gerhardi, Brochmandi, Tarnovij. Affelmanni, Mentzeri, Feurbornij, Thummij, & aliorum* scripta docent. Servile ingenium tamen *Censoris* miror, quod dissensus in talibus & σκέψεις tàm ægrè ferat. *V. t.22.* ni quieverit, singulatim ista deduci poterunt, ut sentire & videre cogatur.

28. Fidei Christianæ veritas in dubium non vocatur, & si de sententijs hujus aut istius professionis vel sectæ in fide Christiana disceptetur, nec Lutherismus statim est Christianismus, qui longè antiquior eo: sed certa professio in eo, & quæ se ab omnibus alijs profitendi modis discriminari vult. Conf. *t. 19. & p. 3. t. 19.* Revocet omnia ad antiquam & simplicem illam Apostolicam fidem, & quid discriminis intercurrat, certè in varijs & tricosis loquendi modis, si non alijs, animadversurus est. multumq; & sæpius optimus & judiciosus ille *Mentzerus, ut p. 1. t. 6.* alijq; requisiverunt. Conf. t. 7. De Zelo *ex t. 20 26.* patet. Ridere & avidius sua propugnare facile ipsis eripietur, si ad solida fundamenta, quę ne ipsi quidem negari possint, deducti fuerint, ut *libri de fid. Christ.* ostendent. *De Fanatismo, Libertismo, Atheismo*, quàm injuria & blasphema in sanctissimam fidem christianam ea sint, ex *p. 1. t. 6.* satis patet. Nec calumniosus *Censor* quicquam probat, sed omnia confundit, detorquet, pervertit, & Babelem quandam repræsentat, ut præcedentia docuerunt. Quid *Belgæ* de religione quæsiti respondeant, nos & nostra propriè non concernit. Ipsi pro se viderint, si Atheismos fovent. Nobis nostra fides est quam ab Atheismo magis, quàm cœlum ab orco, distare novimus. *V. p. 1. t. 6.* Ad antiquam fidem christianam, ejus puritatem sim-

ſimplicitatem & ſcripturæ ſoliditatem univerſa reducere allabo-ramus, ad eam ut nomen ac Judicem ſpiritualium provocamus, nullam falſitatem tenendam dicimus, *ne in extrafundamentalibus quidem*, quantum per humanam caliginem licet, in quo à DEO non confuſum nos iri ſperamus, & per quod *Atheiſmum aut Libertiniſmum* introduci horrendum Diabolorum blasphemiam in DEI verbum & ſanctiſſimam fidem Apoſtolicam fidem eſſe dicimus, quam ſuò tempore ab impijs atheis Deus repoſcet, *Conf. p.* 1. *t.* 6. Hæc *in præſens* contra ſtolidam cenſuram repoſita ſint Babelem omni ſine judicio converrentem ſequi, & quæ adduxit, ſtrictim conſiderare oportuit. Magnam rem horſum pertinentem *Libri de fide chriſtianâ* expedient, ad quorum editionem multa relinquere conſultum judicatum eſt. Si tamen *Cenſori* nec fundamenta, nec modos, rationes, neceſſitatem, applicationes, & diſtinctiones neceſſariò admittendas, intelligenti, ut ex toto ſcripto apparet, in ſimili chordâ aberare viſum fuerit, ad ſimilem modum avias de pulmonibus ei revellere non difficile futurum eſt. Nec â quovis ſycophantâ mea perverti amplius laturus ſum. Quod monuiſſe ad *Irenici* ſcopum facere, Apologetico finem præſtare poteſt. *Calumniatoribus* autem illud *Auguſtini.l* 5. *c. Petilian. c.* 7. in mentem jure vocetur: *Exue te calumnijs, viribus luctare, non fraudibus*. Peſtes verò & corruptores bonarum literarum DEUS ſuo tempore exſindere velit, ut ſalvis literis perſtare liceat.

Sanctifica nos DEUS in veritate, ſermo tuus eſt veritas,

GLORIA IN EXCELSIS DEO,



Ad Clarissimum Domin. Autorem carissimum mihi caput.

Multâ inculcantur non absq; laboribus Eheu!
Quæ satiùs nunquam condidicisse siet.
Quæsitis multis multorum corda gravantur,
Quæ nihili pietas æstimat atq; facit.
„ *Utilibus meritò cedant subtilia; quorum*
„ *Nullus vivendo nec moriendo color.*
Hic Tu quæ tractas Pietas commendat & ardet.
Qui valet, his quæ sunt commodiora dabit
„ *Livorem haut hominum; sed amorem jure merentur*
„ *Theologûm lites qui posuisse student.*
Qui jam discordant, tandem pio Amore ligentur
Theologi; monstres, mi Deus ipse, viam.
Impietas semper-cassoconamine Virus
Eructet: paci quod nocuisse queat.
Fac nos unanimes Te Te inviolabile Numen
Quæramus: rixas Christe fugato malas.
Tollito si quicquam insinceri mentibus hæret:
Nosq; Tui tandem luce beato Poli.

Anno quo multi ebur candefaciunt atramento.

sic corde canebat
ROTGERUS ZUM BERGEN
Regius Secretarius

